



# **Amplior consideratio decreti synodalis Tridentini.**

<https://hdl.handle.net/1874/430207>

AMPLIOR CONSI  
DERATIO DECRETI SY-  
nodalis Tridentini.

De authentica doctrina Ecclesias  
Dei.

De Latina ueteri translatione sa-  
crorum librorum.

De catholica & orthodoxa exposi-  
tione scripturæ sanctæ.

De librorum publicatione per ty-  
pographiam.

THEODORO BIBLIAN-  
*dro autore.*

ANNO DOMINI M.D. LI.  
*Mense Nouembri.*

AMPLIOR CONSILII

DE REBUS

NOBILITATIS

DE ANTIQVA DOCTRINA

DE LEGIBUS

DE MORIBUS

DE INSTITVTIONIBVS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

DE REBUS

# THEODORVS BI-

BLIANDER IOANNI GA-

stio suo S.



Vam uellem, Ioannes  
Gasti, si quid uotis effice-  
retur, Tridentinae syno-  
do uacaret, aut eam non  
pigeret, amplius cogno-  
scere decretum suum, quod fecit anno  
XLVI. die Iouis post dominicam Lae-  
tare: & exemplo diui Augustini, atq[ue]  
Synodi Nicenae, quaedam in eo retra-  
ctare, de quibus rebus maximis rectius ali-  
quanto constituere. Sic enim sacrae  
scripturae usum & tractationem con-  
cedit, & commēdat, & praescribit, ut  
homines eruditi censeant, organum  
illud cognoscendae & explicandae,  
& asserendae Christianae institutionis,  
quod generi humano ad salutē est da-  
tū à Deo, penitus destrui. Nā primū  
canonicae & authenticae scripturae non  
modo adiungit librū Philonis Iudaei,  
qui Sapientia Solomonis inscribitur,  
& alios quos uocant Hagiographos,

4  
Et ecclesiasticos, quidam etiam apocryphos: uerum etiam traditiones tam non scriptas quam scriptas equat diuinis scriptis, & precipit haud secus eas recipi, quam certissima oracula Christi & Spiritus sancti. Quod quid aliud est, quam testimoniū diuinum humano conferre, & supremam autoritatem, quæ soli uerbo Dei patefacto in scripturis sacrosanctis prophetarū & apostolorum debetur, iniqua comparatione infringere? Deinde solam ueterem Latinā translationem authenticam haberi uult in publicis lectionibus, in disputationibus, in prædicationibus, in expositionibus: utq; uno uerbo dicā, in toto negotio fidei & salutis. Quali uerò cuncti homines Christiani Latinam linguā nouerint: aut solis Romanis & Latinis Deus locutus sit, & nō potius Ebraeis Ebraicè per sanctos prophetas locutus sit, deinde Græcè per Apostolos, postremò iusserit prædicari omnibus gentibus Euangelium, Quod Apostoli Hierosolymis fecerunt,

5  
fecerunt, loquentes uarijs linguis magna-  
gnalia Dei, prout spiritus sanctus da-  
bat eis loqui. Deinde per totum orbē  
unicuiq; populo sua lingua uernacula  
sunt locuti: p̄ijq; uiri, & nunquam sa-  
tis laudati, sacros libros multarum gē-  
tium lingua transtulerunt: ut Hierony-  
mus, ut Augustinus, ut alij ante suam  
ætate factū esse testantur. Præterea  
decretū istud nō explicat, quæ nā sit il-  
la sancta mater Ecclesia, cuius est iudi-  
care de uero sensu & interpretatione  
scripturarū sanctarū: & cuius sensus,  
est sensus natiuus scripturæ sanctæ: i-  
sta ne Latina & Romana, quæ unā la-  
tinā translationē ab ipso Hieronymo  
& alijs sanctiss. pariter et doctissimis  
uiris, multis in locis reprehensam pro-  
bat: alias trāslationes, imò sermonē i-  
psū prophetarū et apostolorū, Ebrai-  
cū dico & Græcū, reijcit: & quæ tradi-  
tiones equat uerbo diuino. Postremò,  
publicationē librorū quorumuis, de re-  
bus sacris maximè per typographiam,  
nescio cuius ordinarij iudicis & censo-



ris arbitrio addicit. Hoc decretum  
 Synodale, si passim obtineat, quoniã  
 certum & maximum exitium machi-  
 natur doctrinæ Christianæ, fidei & re-  
 ligioni Christianæ, Ecclesiæ Christia-  
 næ, censui me facturum esse magnum  
 operæ precium, si tum alios omnes, tum  
 uerò in primis Concilium Tridenti-  
 num, quod iterum confluit, pro mea  
 uirili excitarem ad ampliorem cog-  
 nitionē decreti huius. Opponã aut non  
 meas cogitationes, aut somnia decreto  
 Synodali, quod scio quàm inutile et  
 indignū foret: sed opponã autoritatē  
 parem, aut maiorem etiam, nimirum  
 ecclesię patres et doctores ueteres, san-  
 ctissimos & doctissimos uiros, quiq̃  
 habentur classici rerum diuinarum in-  
 terpretes, columnæ, lumina, & propu-  
 gnacula Ecclesiæ. Opponam rerum  
 & uerborum naturam ac uim: oppo-  
 nam deniq̃ ipsam ueritatem, hoc est,  
 sempiternam uocem spiritus sancti &  
 Ecclesiæ catholicæ, & synodi œcume-  
 nicæ in spiritu sancto congregatæ. Iu-  
 dicium





Quam  
cito in  
aliud E-  
uangelii  
um tras-  
feruntur?  
At Pau-  
lus do-  
ctor Ec-  
clesiæ  
Rom. di-  
cit: Si  
quis ali-  
ud præ-  
dicauerit  
Euā-  
gelium,  
anathe-  
ma sit.

8  
» ensq; hanc ueritatem & disciplinā cō-  
» tineri in libris scriptis, & sine scripto  
» traditionibus, quæ ipsius Christi ore  
» ab apostolis acceptæ, aut ab ipsis apo-  
» stolis, spiritu sancto dictate, quasi per  
» manus traditæ, ad nos usq; peruene-  
» runt: orthodoxorum patrum exem-  
» pla secuta, omnes libros tam ueteris q̄  
» noui Testamenti, cum utriusq; unus  
» Deus sit autor, nec nō traditiones ip-  
» sas, tum ad fidem, tum ad mores perti-  
» nētes, tanquā uel directus à Christo,  
» uel à spiritu sancto dictatas, & conti-  
» nua successione in Ecclesia catholica  
» conseruatas, pari pietatis affectu atq;  
» reuerētia suscipit, ac ueneratur. Sa-  
» crorum uerò librorum ordinem huic  
» decreto adscribendum censuit, ne cui  
» dubitatio suboriri possit, quinam sint,  
» qui ab ipsa synodo suscipiantur. Enu-  
» merantur autem deinceps XXXIII. li-  
» bri ueteris testamēti, quos tam Ebræi,  
» quàm Christiani, magno consensu col-  
» locant in canone supremę dignitatis:  
» noui etiam Testamenti omnes, præ-

ter epistolam canonicam & catholi-  
cam Iudæ Apostoli, fratris Iacobi. Et  
præterea Tobias, Iudith, Sapiëntia, Ec-  
clesiasticus, Baruch, Machabæorū pri-  
mus & secundus: quos libros alij san-  
ctos & ecclesiasticos, alij apocryphos  
appellant, interdum & canonicos. Nō  
separantur etiā appendices, ut Danie-  
lis de Susanna, & Belis fabula, ut Hie-  
ronymus uocat. Sic enim loquitur de  
cretum: Si quis autem libros ipsos inte-  
gros, cū omnibus suis partibus, prout  
in ecclesia catholica legi consueuerūt,  
& in ueteri uulgata editione haben-  
tur, pro sacris & canonicis non susce-  
perit, anathema sit. Omnes itaq; in-  
telligant, quo ordine & uia ipsa syno-  
dus, post iactum fidei cōfessionis fun-  
damentum sit progressura: & quibus  
potissimum testimonijs ac præsi-  
dijs, in cōfirmandis dogmatibus, & instau-  
randis in Ecclesia moribus sit usura.

Nō hic repugnabo, libros sanctos  
& ecclesiasticos, ad canonē diuinarū  
scripturarum pertinere, in quibus ti-  
mentes

mentes Deum, & pietate mansueti,  
 querunt uoluntatem Dei. Nam & Au-  
 gustinus lib. 2. cap. 8. de doctrina Chri-  
 stiana testatur, meritos esse, ut in auto-  
 ritatem reciperentur. & lib. 17. de Ciui-  
 tate Dei, cap. 20. dicit librum Sapien-  
 tiæ, & Ecclesiasticum, antiquitus in au-  
 toritatem recepisse Ecclesiam, maxi-  
 me Occidentalem. Sed ualde miror  
 Synodum Tridentinã excludere ter-  
 tium & quartum librum Esre, quos ite-  
 dem Augustinus recenset, & habentur  
 in Latina ueteri editione: & mani-  
 festè cõcionãtur de Christo filio Dei.  
 Miror exclusam esse unam ex septem  
 canonicis & catholicis epistolam. De  
 traditionibus dũtaxat amplius cogno-  
 sci uelim, an rectè libris illis diuinis æ-  
 quentur in Decreto, quas aliqui scri-  
 ptores Papistici etiã præferunt sacris  
 scripturis: & addunt, hoc seculo caco-  
 dæmonem per hæreticos nihil foedi-  
 us & pestilentius protulisse, quàm do-  
 gma illud, quo ceu fundamento Lute-  
 rani suam doctrinã fulciunt: Nihil cre-  
 ditu

11  
ditu & obseruatu necessariū esse ad salutem, quā quod expressū est in scripturis sanctis utriusq; testamenti. Sed expendatur quid Conciliū per traditiones intelligi uelit. Nēpe doctrinā in libris canonicis non positā, sed uel ore tenus à Christo, uel à spiritu S. dictatā, & ab ipsis Apostolis quasi per manus traditam, & continua successione in Ecclesia catholica conseruatā. Eas traditiones tum ad fidē, tū ad mores pertinentes, Synodus Tridentina pari affectu pietatis & reuerētia suscipit, ac uenerat, qua suscipit libros Canonicos. Illis potissimū testimonijs ac presidijs in cōfirmandis dogmatibus, & instaurādis in Ecclesia moribus uti cōstituit. Audiamus igit̃ patres Ecclesie uetustissimos, an illi etiā de traditionibus ad hūc modū iudicauerint. Ac primū Irenæum, hoc est, pacificum audiamus, Episcopum Lugdunensem, qui Polycarpū Ioannis Euan gelistæ discipulū uidit. Tam uicinus fuit Apostolorum temporibus,



Irenæi sen-  
tentiæ de tra-  
ditionibus.

Is in præfatio libri 3. aduersus here-  
ses: Fiducialiter, inquit, ac instatissime  
resistes hæreticis, pro sola, uera ac uiui-  
fica fide, quam ab Apostolis Ecclesia  
percepit, et distribuit filijs suis. Etenim  
Dominus omnium dedit Apostolis  
suis potestatem Euangelij, per quos  
& ueritatem, hoc est, Dei filij doctri-  
nam cognouimus, quibus & Domi-  
nus dixit: Qui uos audit, me audit: &  
qui uos contemnit, me contemnit, &  
eum qui me misit. Et cap. 1. Non enim  
per alios dispositionem salutis nostræ  
cognouimus, quàm per eos, per quos  
Euangelium peruenit ad nos. Quod qui-  
dem tunc præconiauerunt, postea ue-  
rò per Dei uoluntatem, in scripturis  
nobis tradiderunt, fundamentum &  
columnam fidei nostræ futurum. Nec  
enim fas est dicere, quoniam antè præ-  
dicauerunt, quàm perfectam haberent  
agnitionem: sicut quidam audent di-  
cere, gloriantes emendatores se esse  
Apostolorum. Postea enim quàm sur-  
rexit Dominus noster à mortuis, &  
induti



induti sunt superueniente spiritu sancto uirtutem ex alto, de omnibus adimpleti sunt, & habuerunt perfectam agnitionem, exierunt in fines terræ, ea quæ à Deo nobis bona sunt euangelizantes, & cœlestem pacem hominibus annunciantes. Qui quidem & omnes pariter, & singuli eorū habentes Euangelium Dei, ita Matthæus in Ebreis ipsorum lingua scripturam edidit Euangelij, cum Petrus & Paulus Romæ euangelizarent, & fundarent Ecclesiam. Post uerò horum excessum Marcus, discipulus & interpret Petri, & ipse quæ à Petro annunciata erant, præscripta nobis tradidit. Postea & Ioannes discipulus Domini, qui et supra pectus eius recumbebat, & ipse edidit Euangelium, Ephesi Asiæ commorans. Et omnes isti unum Deum factorem cœli & terræ, à lege & prophetis annunciant, & unum Christum filium Dei tradiderunt nobis. Quibus si quis non assentit, spernit quidem participes Domini, spernit autem & ipsum Christum

*Hec traditio est apostolica, testata sacris literis.*

Christum Dominum, spernit uerò & patrem, & est à semetipso damnatus, resistens et repugnās salutī suæ. Quod faciunt omnes hæretici. Et capite 2.

*Quis autē nostro seculo ita scripturas tradit, quòd sint imperfectæ, obscure, in certæ?*

*Extranea traditio.*

Cū enim ex scripturis arguuntur, in accusationem conuertuntur ipsarū scripturarum, quasi non rectè habeant, neq; sint ex autoritate: & quia uariè sint dictæ, et quia non possit ex his inueniri ueritas ab ijs qui nesciunt traditionem. Non enim per literas traditā illam, sed per uiuam uocem: ob quam causam & Paulum dixisse, Sapiētiam autē loquimur inter perfectos, sapiētiam autē non mundi huius. Et hanc sapiētiam unusquisq; eorum esse dicit, quam à semetipso adinuenit, fictionē uidelicet, ut dignè secundū eos sit ueritas. Et 3. cap. Traditionē itaq; Apostolorum in toto mundo manifestatā in Ecclesia adest perspicere omnibus, qui uera uelint audire. Et habemus annumerare eos, qui ab Apostolis instituti sunt episcopi in Ecclesijs, & successores eorum usq; ad nos: qui nihil tale

tale docuerūt, neq; cognouerūt, quae  
 le ab his deliratur. Etenim si recondi-  
 ta mysteria scissent Apostoli, quae se-  
 orsim & latenter ab reliquis perfe-  
 ctos docebant, his uel maximè trade-  
 rent ea, quibus etiam ipsas Ecclesias  
 cōmittebant. Valde enim perfectos  
 & irreprehensibiles in omnibus eos  
 uolebant esse, quos & successores re-  
 linquebant, suum ipsorum locum ma-  
 gisterij tradentes: quibus emendatè  
 agentibus fieret magna utilitas, lapsis  
 autem summa calamitas. Sed quoni-  
 am ualde longum est in hoc tali uo-  
 lumine omnium Ecclesiarū enumera-  
 re successiones, maximæ & antiquis-  
 simæ, & omnibus cognitæ, à glorio-  
 sissimis duobus Apostolis Petro &  
 Paulo, Romæ fundatæ & constitu-  
 tæ Ecclesie, eam quam habet ab Apo-  
 stolis traditionem, et annunciatam ho-  
 minibus fidem, per successiones Epi-  
 scoporū peruenientē usq; ad nos, iudi-  
 cantes, cōfundemus oēs eos qui quo-  
 quo modo uel per sui placentiā malā,  
 uel

*Irenæus &  
 postolicam  
 traditionē  
 haud agno-  
 scit, quæ nō  
 sit publi-  
 cata in Ec-  
 clesia, scri-  
 ptis aposto-  
 licis.*

*Ecclesie  
 Rom. insti-  
 tutio anti-  
 qua, nō mo-  
 derna &  
 neoterica.*

*Ea tradi-  
tio quã Pe-  
trus et Pau-  
lus suis in  
scriptis tra-  
diderunt  
Ecclesie  
Romane,  
ab omnib.  
tenenda est.*

uel uanã gloriã, uel per cæcitatẽ & ma-  
lam sententiam, præterquã oportet,  
colligunt. Ad hanc enim Ecclesiã, pro-  
pter potẽtiorem principalitatẽ, neces-  
se est omnem conuenire Ecclesiã, hoc  
est, eos qui sunt undiq; fideles, in qua  
semper ab his qui sunt undiq;, confer-  
uata est ea quæ est ab Apostolis tradi-  
tio. Et enumeratis XII. episcopis Ro-  
manis: Hac (inquit) ordinatione &  
successione ea quæ est ab Apostolis  
in Ecclesia traditio, & ueritatis præco-  
natio peruenit usq; ad nos. Et est ple-  
nissima hæc ostensio, unam & eandẽ  
uiuificatricem fidem esse, quæ in Ec-  
clesia ab Apostolis usq; nunc sit con-  
seruata, & tradita in ueritate. Et de Ec-  
clesia Ephesina: Sed & quæ est Ephe-  
si Ecclesia, à Paulo quidem fundata,  
Ioanne autem per manente apud eos  
usq; ad Traiani tẽpora, testis est uerus  
Apostolorum traditionis.

Ac de Polycarpo, qui ab ipsis Apo-  
stolis edoctus, & Smyrnẽ constitutus  
Episcopus, dicit: Hic docuit semper,  
quæ



quæ ab Apostolis didicerat, quæ & Ecclesiæ tradidit, & sola sunt uera.

Et ne quis dubitare possit, quin Irenæus traditionem apostolicam intelligat scripturas apostolicas & propheticas, audiat caput 5. Traditione igitur, quæ est ab Apostolis, sic se habente in Ecclesiâ, & permanente apud nos, reuertamur ad eam quæ est ex scripturis, ostensionem eorum qui & Euangelium conscripserunt Apostolorum. Ex quibus cōscripserunt de Deo sententiam ostendentes, quoniam dominus noster Iesus Christus ueritas est, & mendacium in eo non est. Et Apostoli discipuli ueritatis existentes, extra omne mendacium sunt. Non enim communicat mendacium ueritati, sicut non communicant tenebræ luci, sed præsentia alterius excludit alterum. Et 4. cap. Tantæ igitur ostensiones cum sint, hæc, inquit, non oportet adhuc quærere apud alios ueritatem, quam facile est ab Ecclesiâ sumere: cū Apostoli quasi in depositarium diues  
 b plenissimè



plenissimè in ea cōtulerint omnia, quæ  
sint ueritatis: ut omnis quicumq; uelit,  
sumat ex ea potum uitæ. Hęc est em̄ ui  
tę introitus: oēs aut̄ reliqui fures sunt,  
& latrones. Propter quod oportet de  
uitare quidē illos: quæ aut̄ sunt Eccle  
się, cum magna diligentia diligere, &  
apprehendere ueritatis traditionem.

Reddidi bona fide sententiã Irenæi  
de traditionib. apostolicis, nō ommissa  
etiã successione, & ueluti hæreditate  
Ro. pontificum, et ecclesię Romanę.  
De qua miras tragœdias aliqui mo  
uent: quū tamen uetustiss. ille doctor  
Ecclesię neq; traditionē aliam Apo  
stolicã, neq; successionē hæreditariam  
doctrinę indicet, q̄ illã ipsam, quæ in  
scriptis Apostolorū cōtinetur. Quod  
nō latuit Thomã Aquinatē, uirum in  
geniosum, & multę lectiōnis, quē Pa  
pa Ioannes XXII. inter sanctos retu  
lit, ut doctoris sancti iam titulum obti  
neat. qui ad Urbanū IIII. in præfatio  
ne cōment. Euāgelij secundū Matth.  
de cōfessione beati Petri, quæ summã  
Euāgelij

Patrimoni  
um & hære  
ditas Petri  
ad Ro. præ  
fidem spe  
ctans.

Euangelij cōtinet, ita scribit: Huius sapiētiæ (nēpe filij Dei incarnati) claritatē nube mortalitatis uelatā, primus Apostolorū princeps fide conspiceremur, et eā cōstanter absq; errore, & plenariē cōfiteri, dicēs: Tu es Christus filius Dei uiui. O beata confessio, quā nō caro & sanguis, sed pater cœlestis reuelat. Hæc in terris fundat Ecclesiā, aditum præbet in cœlum, peccata meretur soluere, et contra eam portę non præualent inferorum. Huius igitur fidei ac confessionis hæres legitime, sanctissime pater, pio studio mens uestra inuigilet, ut tantæ sapientiæ lux fidelium corda perfundat, & hæreticorū confutet insanias, quæ per portas inferorum meritò designantur.

Irenæo adstipulat Septimius Tertullianus, & is quoq; uetustiss. Ecclesię scriptor: qui in lib. de præscriptione aduers. hereticos docet, eā esse apostolicā traditionem, quæ in scripturis sanctis apostolorū cōtinet: quę nō plus cōtinet, q̄ regula fidei, siue articuli XII. et

*Tertulliani  
sententia de  
traditionibus.*

Symbolum. Ultra quam doctrinam querere amplius quiddam, non catholicorum esse dicit, sed hæreticorum. Sunt enim hæc ipsius uerba: Nobis nihil ex nostro arbitrio indulgere licet, sed nec eligere, quod aliquis de arbitrio suo induxerit. Apostolos Dominum habemus auctores, qui nec ipsi quicquam, ex suo arbitrio, quod inducerent, elegerunt, sed acceptam à Christo disciplinam fideliter nationibus adsignarunt. Ita quod etiam si angelus de cælis aliter euangelizaret, anathema diceretur à nobis.

*Audite architecti & uindices traditionum.*

Et postea: In primis hoc propono, uerum & certum aliquid institutum esse à Christo, quod credere omnino modo debeant nationes: & idcirco querere, ut possint, cum inuenerint, credere. Vnius porro & certi instituti, infinita inquisitio non potest esse. Querendum est, donec inuenias: & credendum, ubi inueneris: & nihil amplius, nisi custodiendum, quod credidisti: dum hoc insuper credis, aliud non esse credendum, ideoque nec requirendum, cum id

id inueneris & credideris, quod ab eo institutum est, qui non aliud tibi mādāt inquirendū, quā quod instituit. Ac postea: Quæramus ergo in nostro, & à nostris, & de nostro. In quo: Duntaxat, quod salua regula fidei potest in quæstionem deuenire. Regula est autem fidei, ut iam hinc quid credamus, profiteamur: illa scilicet, qua creditur, uerum omnino Deū esse, nec alium præter mundi creatorem: qui uniuersa de nihilo produxerit, per uerbum suum primò omnium emissum. Id uerbum filius eius appellatum, in nomine Dei uariè uisum Patriarchis, in Prophetis semper auditū, postremò delatū ex spiritu patris Dei & uirtute, in uirginem Mariam, carnē factum in utero eius, & ex ea natum esse Iesum Christum. Exinde prædicasse nouam legem, & nouā promissionem regni cœlorum, uirtutes fecisse: fixum cruci, tertia die resurrexisse: in cœlos ereptum, sedere ad dexterā patris: misisse uicarium, uim spiritus sancti,



sancti, qui credentes agat: uenturum  
 cū claritate ad sumendos sanctos, in ui-  
 tæ æternæ, et promissorū cœlestiū fru-  
 ctū, & ad prophanos iudicandos igni  
 perpetuo, facta utriusq; partis resusci-  
 tatione, cū carnis restitutione. Hæc re-  
 gula à Christo, ut probabitur, institu-  
 ta, nullas habet apud nos quæstiones,  
 nisi quas hæreses inferunt, & quæ hæ-  
 reticos faciunt. Ceterū manēte forma  
 eius in suo ordine, quantūlibet quæ-  
 ras, & tractes, & omnē libidīnē curio-  
 sitatis effundas, si quid tibi uideatur uel  
 ambiguitate pendere, uel obscuritate  
 obumbrari, est utiq; frater aliquis do-  
 ctor, gratia sciētiae donatus, est aliquis  
 inter exercitatos conuersatus, aliquid  
 tecum curiosius tamen quærens. No-  
 uissimè ignorare melius est, ne quod  
 non debeas, noris: quia quod debeas,  
 nosti. Fides, inquit, tua te saluum fecit,  
 nō exercitatio scripturarū. Fides in re-  
 gula posita est, habet legē, & salutem  
 de obseruatione legis: exercitatio autē  
 in curiositate cōsistit, habens gloriā so-  
 lam



lam de peritię studio. Cedat curiositas  
fidei, cedat gloria salutis. Certe aut non  
obstrepant, aut quiescāt aduersus re-  
gulā. Nihil scire, omnia scire est. Et  
repudiatis hæreticorū doctrinis, quæ  
extra hanc regulam credendi sunt inue-  
ctæ: Ordo, inquit, rerum desiderabat,  
illud prius proponi, quod nūc solum  
disputandum est, quibus competat fi-  
des ipsa, cuius sint scripturæ, à quo, &  
per quos, & quando, & quibus sit tra-  
dita disciplina, qua fiunt Christiani.  
Vbi enim apparuerit esse ueritatem  
disciplinæ, & fidei Christianæ, illic  
erit ueritas scripturarum, & expo-  
sitionū, & omniū traditionū Christia-  
norum. Christus Iesus Dominus no-  
ster, quid esset, quid fuisset, quam pa-  
tris uoluntatē administraret, quid ho-  
mini agendum determinaret, quādiu  
in terris agebat, ipse pronuntiabat si-  
ue populo palam, siue discētibus seor-  
sum. Ex quibus duodecim præcipuos  
lateri suo adlegerat, destinatos oratio-  
nibus magistros. Ac postq̃ exposuit,

*Christus sue  
as, suiq; spi-  
ritus tradi-  
tiones, sa-  
cro instru-  
mento com-  
prehēdi uo-  
luit scriptu-  
rarum.*

Apostolos eandem à Christo acceptā doctrinā propagasse, & cōdidisse Ecclesias, à quibus, aliā quoq; mutuata sunt doctrinā, & quotidie mutuātur, subiicit: Hāc igit̄ dirigimus præscripti onē. Si Dominus Iesus Christus Apostolos misit ad prædicandū, alios non esse recipiendos prædicatores, quā quos Christus instituit. Quia nec alius patrem nouit nisi filius, et cui filius reuelauit: & nec alijs uidetur reuelasse filius, quā Apostolis, quos misit ad prædicandum utiq; quod illis reuelauit. Quid autem prædicauerint, id est, quid illis Christus reuelauerit, & hic præscribam, non aliter probari debere, nisi per easdem ecclesias, quas ipsi Apostoli condiderunt, ipsi eis prædicando t̄a uiua, quod aiūt, uoce, quā per epistolas postea. Si hæc ita sunt, constat proinde omnem doctrinam, quā cum illis ecclesijs apostolicis, matricibus & originalibus fidei conspirat, ueritati deputandam: & sine dubio tenendum, quod ecclesiæ ab Apostolis,

*Sit igitur  
Petrus, &  
Petri do-  
ctrina, iu-  
dex inter  
Papistas &*

stolis, Apostoli à Christo, Christus à Deo suscepit. Reliquã uerò omnem doctrinam de mendacio præiudicandam, quæ sapiat contra ueritatem Ecclesiarum, & Apostolorum, & Christi, & Dei. Superest ergo, uti demonstremus, an hæc nostra doctrina, cuius supra edidimus regulam, de Apostolorum traditione censeatur; & ex hoc ipso, an cæteræ de mendacio ueniant. Communicamus cum Ecclesijs apostolicis, quod nulla doctrina diuersa: hoc est testimoniũ ueritatis. Sed quia dicere solent, non omnia Apostolos scisse, eadem agitati demẽtia, qua rursus conuertunt, omnia quidem Apostolos scisse, sed non omnia omnibus tradidisse: in utroq; Christũ reprehensionem subiiciẽtes, qui aut minus instructos, aut parũ simplices apostolos miserit. Testimonijs scripturę et rationibus idoneis cõcludit, incredibile esse, uel Apostolos ignorasse plenitudinẽ prædicationis, uel nõ omnẽ ordinẽ regulę omnibus edidisse. Et quas tradi-

*nos simplices, non Papisticos Christianos, utri sint orthodoxi et catholici.*

tiones apostolicas Tertullianus relinquit à Christo et spiritu S. et apostolis sine scriptura Ecclesiæ traditas, quæ tamen parem autoritatē cum scripturis Apostolicis & propheticis mereantur.

*Ignatij sententia de traditionibus.*

Audiamus & pauca ex scriptis Ignatij, discipuli Ioannis Euāgeliste, qui ad Heronē, qui ei successit in episcopatu Antiocheno, ita scripsit: Lectioni intēde, ut nō solus ipse scias leges, sed etiam alijs eas expone, ut Dei athleta. Omnis qui dixerit præter illa quæ tradita sunt, tametsi fide dignus sit, tametsi ieiunet, tametsi uirginitatē seruet, tametsi signa faciat, tametsi prophetet, lupus tibi appareat in grege, ouium corruptionē operās. Si quis falsauerit legē et prophetas, quos Christus præsens adimpleuit, sit tibi tanquā antichristus.

Omitto plurimas sententijs patrum & doctorū Ecclesiæ, quæ minimè gentiū cōcedunt, ut ullæ traditiones sacrosanctis scripturis noui ac ueteris instrumenti equent. Est tamē Augustini sententia recitāda, et cū hoc decreto cōparanda:



randa: & quia in pontificiū ius inserta  
 est, & quia Augustinus inter Ecclesie  
 quatuor doctores & colūnas uel pri-  
 mas partes obtinet. Sic enim scribit ad  
 Hieronymū: Ego fateor charitati tue, *Augustini*  
 solis eis scripturarū libris, qui iā cano- *sententia de*  
 nici appellant, didici hunc timorē ho- *traditionib.*  
 norēq; deferre, ut nullū eorū autorem  
 scribēdo aliquid errasse firmissimē cre-  
 dā. At si aliquid in eis offēdero literis,  
 quideatur contrariū ueritati, nihil ali-  
 ud q̄ uel mēdosum esse codicē, uel in-  
 terpretē nō assecutū esse quod dictū  
 est, uel me minimē intellexisse, nō am-  
 bigā. Alios autē ita lego, ut quātalibet  
 sanctitate doctrinaq; præpolleāt, non  
 ideo uerū putē, quia ipsi ita senserunt:  
 sed quia mihi uel per illos autores ca-  
 nonicos, uel probabili ratione, quod a  
 uero non abhorreat, persuadere po-  
 tuerunt. Nec te mi frater aliquid aliter  
 sentire existimo. Prorsus inq; nō te ar-  
 bitror sic legi tuos libros uelle, tanq;  
 prophetarum & apostolorū: de quo-  
 rū scriptis, quod omni errore careant,  
 dubitare



dubitare nefarium est. Idem Augu-  
 stinus, fidem, spem, charitatē, ipsamq̄  
 beatitudinē diuinis scripturis ceu fun-  
 damento imponit, non traditionibus,  
 non ullis hominum scriptis. Sic enim  
 scribit lib. 1. de Christiana doctrina,  
 cap. 37. Titubabit fides, si diuinarum  
 scripturarum uacillat autoritas. Porro  
 fide titubante, charitas etiam languet.  
 Sed fidei succedit spes, quam ui-  
 debimus: & spei succedit beatitudo  
 ipsa, ad quam peruēturi sumus. At  
 de traditionibus aliter præcipit idē Ec-  
 clesiæ doctor catholicus, uelut episto-  
 la 118. ad Ianuarium, qui sciscitatus fue-  
 rat, quid obseruādum in ritibus eccle-  
 siasticis foret: Primò tenere te uolo, in-  
 quit, quod est huius disputationis ca-  
 put, Dominum nostrum Iesum Chri-  
 stum, sicut ipse in Euāgelio loquitur,  
 leui iugo suo nos subdidisse, et sarcinæ  
 leui. Vnde sacramentis numero pau-  
 cissimis, obseruatione facilissimis, signi-  
 ficatione præstantissimis, societate no-  
 ui populi colligauit, Sicut est, bap-  
 tismus

O tēpora,  
 ô mores, ô  
 traditiones

smus trinitatis nomine consecratus,  
 communicatio corporis & sanguinis  
 ipsius: & siquid aliud in scripturis ca-  
 nonicis cōmendatur, exceptis ijs quę  
 seruitutem populi ueteris pro congru-  
 entia cordis illorū & prophetici tem-  
 poris ōnerabant, quę & in quinque li-  
 bris Moyſi leguntur. Illa autem quę  
 non scripta, sed tradita custodimus,  
 quę quidem toto terrarum orbe ob-  
 seruantur, dantur intelligi uel ab ipsis  
 Apostolis, uel plenarijs Cōcilijs, quo-  
 rum est in Ecclesia saluberrima autori-  
 tas, cōmendata atque statuta retineri.  
 Sicut quod Domini passio, & resurre-  
 ctio, & ascensio in cœlum, & aduen-  
 tus de cœlo spiritus sancti anniuerſa-  
 ria sollemnitate celebrantur: & si quid  
 aliud tale occurrerit, quod seruetur ab  
 uniuersa, qua cunque se diffundit Eccle-  
 sia. Alia uerò, quę per loca terrarū, re-  
 gionesque uariatur, sicuti est, quod alij  
 ieiunant Sabbatho, alij uerò non: alij  
 quotidie cōmunicant corpori & san-  
 guini Dominico, alij certis diebus ac-  
 cipunt:

*Adiapho-  
ra, siue in-  
differentia,  
& media.*

cipiūt: alibi nullus dies intermittitur,  
quo non offeratur: alibi Sabbatho tan-  
tum, & Dominico, alibi tantum Do-  
minico: et si quid aliud huiusmodi ani-  
maduertī potest, totum hoc genus re-  
rū liberas habet obseruationes. Nec  
disciplina ulla est in his melior graui,  
prudētīq; Christiano, quā ut eo mo-  
do agat, quo agere uiderit Ecclesiā, ad  
quamcunq; fortē deuenit. Quod e-  
nim neq; cōtra fidem, neq; contra bo-  
nos mores iniungitur, indifferēter est  
habendum: & pro eorum inter quos  
uiuitur, societate seruandum est. Et  
subdit exemplum diui Ambrosij epi-  
scopi Mediolanēsis, cuius sententiam  
pro cœlesti oraculo habet: Cum Ro-  
mam uenio, ieiuno Sabbatho: cū hic  
sum, non ieiuno. Sic etiam tu, ad quā  
fortē Ecclesiam ueneris, eius morem  
serua: si cuiq; non uis esse scādalo, nec  
quēq; tibi. Idem Augustinus lib. ii.  
de Ciuitate Dei, cap. 3. Hic Christus  
prius per prophetas, deinde per seip-  
sum, postea per Apostolos, quantum  
satis

satis esse iudicauit, locutus, etiam scri-  
 pturam condidit eminentissimæ au-  
 toritatis. Cui fidem habemus de his re-  
 bus, quas ignorare non expedit, nec  
 per nosipfos nosse idonei sumus. Et  
 lib. 18. cap. 3 s. de apocryphis & tradi-  
 tionibus: In historia regum Iuda & Is-  
 rael citantur libri, quos propheta scri-  
 pserunt: nec tamen inueniuntur in ca-  
 none, quem populus Dei recepit. Cu-  
 ius rei fateor causa me latet: nisi quod  
 ego existimo, etiam ipsos, quibus ea  
 quæ in autoritate religionis esse debe-  
 rent, sanctus utiq; spiritus reuelabat,  
 alia sicut homines historica diligen-  
 tia, alia sicut prophetas inspiratione  
 diuina scribere potuisse: atq; hæc ita  
 fuisse distincta, ut illa tanq; ipsis, ista  
 uerò tanq; Deo per ipsos loquēti, iudi-  
 carent esse tribuēda: ac sic illa pertine-  
 rent ad ubertatē cognitionis, hæc ad re-  
 ligionis autoritatē, in qua autoritate  
 custodit canon. Eiusmodi traditiones  
 Ebreorū D. Hieronymus aliquoties  
 adhibet, explanādo scripturas sanctas,  
 Epiphanius



Epiphanius quoque adhibet, contra hæreticos disputando. Neque nos in explananda historia sacra ueteris Ecclesiæ traditiones contemnimus: id quod Proteuangelium Iacobi testatur.

Cæterum in dogmatibus & disciplina Ecclesiæ stabilienda, autoritas suprema diuinarum scripturarum requiritur. Eaque regi oportere Synodum Christianam, sapienter & religiose admonuit patres Nicææ congregatos, Imperator Constantinus, quem Apostolis & angelis æquiparant. Sic enim scribit Theodoritus in historia Ecclesiastica, de unanimitate concordiaque sermonem habuisse: pessimum & ualde crudele dicens, sacerdotes alterutros iaculari atque confundere, & impijs, atque sine Deo personis delectationem risumque præbere: cum utique de diuinis tractarent rebus, & sancti spiritus doctrinam in scriptis haberent. Euangelici enim libri sunt, inquit, & Apostolici, antiquorumque prophetarum sanctiones, quæ nos erudiunt, quid de

de sacra lege sanciamus. Expellentes  
 igitur hostile certamen ex uerbis diuini  
 ritus inspiratis, solutionem quæstio-  
 num mente recipiamus. Quòd si  
 Concilium Tridentinum obtempera-  
 ret Concilio Constantini, multo certi-  
 us procederet ad extirpandas hæreses,  
 & reformandos Ecclesiæ ritus ac mo-  
 res, & refarciendam concordiam, quam  
 si traditionibus tantum tribuat, quan-  
 tum sacris scripturis. Atque hæc de pri-  
 mo capitulo decreti sint dicta: quæ cor-  
 datis uiris satis probant, ampliori con-  
 sideratione hanc Tridentinæ Synodi  
 sanctionem excutiendam esse.

DE LATINA VETERI TRANS-  
*latione sacrorum librorum.*

**Q**Uum decretum Concilij Tri-  
 dentini primo capite sanxisset de  
 libris canonicis, Si quis libros ipsos  
 integros cum omnibus suis partibus,  
 prout in Ecclesia catholica legi con-  
 sueuerunt, & in ueteri uulgata editio-  
 ne habentur, pro sacris & canonicis  
 non receperit, anathema esto: Capitu-  
 lo

Io secūdo copiosius eloquitur, in quā  
 nam lingua sacri libri authentici habe  
 antur. Insuper eadē sancta Synodus  
 considerans, non parum utilitatis ac  
 cedere posse Ecclesiæ Dei, si ex omni  
 bus Latinis editionibus, quæ circum  
 feruntur sacrorum librorū, quæ nam  
 authentica habenda sit, innotescat, sta  
 tuit, & declarat, ut hæc ipsa uetus &  
 uulgata editio, quæ longo tot seculo  
 rum usu in ipsa Ecclesia probata est,  
 in publicis lectionibus, disputationi  
 bus, prædicationibus, & expositioni  
 bus pro authentica habeatur, & quòd  
 nemo illam reiicere quouis prætextu  
 audeat, nec præsumat. Et quarto ca  
 pite, de publicatione librorum perty  
 pographiam decernit, ac statuit syno  
 dus, ut posthac sacra scriptura, potissi  
 mum uerò hæc ipsa uetus translatio,  
 & uulgata editio, quàm emendatissi  
 mè imprimatur.

Quandoquidem hoc decretum ita  
 præscribit, Latinam ueterem transla  
 tionem authenticam haberi in Eccle  
 sia

ſta catholica, in publicis lectionibus,  
 prædicationibus, diſputationibus, ex  
 poſitionibus, breuiter in toto fidei &  
 ſalutis negotio, ut non modò labores  
 pios eorum qui ſacros libros emenda  
 tunt, illuſtraruntq; annotationibus &  
 cõmentarijs, aut qui denuò tranſtule  
 runt in linguã Latinam, ſed etiã aliarũ  
 linguarũ trãſlationes reiiciat, ſimulq;  
 primitiuũ ſermonem diuinorum ſcri  
 ptorum, Ebraicũ dico prophetarum,  
 & Græcum apoloſtorum, repudiet,  
 ampliori conſideratione indiget hoc  
 decretum. Ac primũ diſpici uelim,  
 quã ſit emendata, uel etiam probẽ  
 facta, Latina iſta uetus tranſlatio.

Damasus quidẽ Papa Romanus,  
 & Hieronymus preſbyter, ut aiunt,  
 Cardinalis Eccleſiæ Romanæ, iam o  
 lim temporibus iſtis Eccleſiæ meliori  
 bus conſeſſi ſunt palãm, in ueteri Latĩ  
 na tranſlatione tum interpretes, tum  
 librarios & ſcribas maximã labem fe  
 ciſſe. Ita enim ſcribit Hieronymus ad  
 Damasum, de quatuor Euangelijs ab



eo emendatis: Nouum opus me face-  
 re cogis ex ueteri, ut post exemplaria  
 scripturarum toto orbe dispersa quasi  
 quidam arbiter sedeam: & quia inter  
 se uariant, quæ sint illa, quæ cum Græ-  
 ca consentiant ueritate, decernā. Pius  
 labor, sed periculosa præsumptio. iudi-  
 care de cæteris, ipsum ab omnibus iu-  
 dicandum: senis mutare linguam, &  
 canescentem iam mundū ad initia re-  
 trahere paruulorum. Quis enim do-  
 ctus pariter uel indoctus, cum in ma-  
 nus uolumen assumpserit, & à salua,  
 quam semel imbibit, uiderit discrepa-  
 re, quod lectitat, non statim erumpat  
 in uocem, me falsarium, me clamitans  
 esse sacrilegum, qui audeā aliquid in  
 ueteribus libris addere, mutare, corri-  
 gere? Aduersus quam inuidiā duplex  
 causa me consolatur, quòd & tu, qui  
 summus sacerdos es, fieri iubes: & ue-  
 rum non esse, quod uariat, etiam ma-  
 ledicorum testimonio comprobatur.  
 Si enim Latinis fides est adhibenda,  
 respondeant, quibus? Tot enim sunt  
 exemplaria

exemplaria penè, quot codices. Sin au-  
 tem ueritas est quærèda de pluribus,  
 cur non ad Græcam originem reuer-  
 tentes, ea quæ uel à uitiolis interpreti-  
 bus malè reddita, uel à præsumptori-  
 bus imperitis emēdata peruersius, uel  
 à librarijs dormitantibus aut addita  
 sunt, aut mutata, corrigimus: Neq; ue-  
 rò ego de ueteri disputo instrumento,  
 quod à LXX. senioribus in Græcam  
 linguam uersum, tertio gradu ad nos  
 usq; peruenit. Nō quæro quid Aquila,  
 quid Symmachus sapiant: quare  
 Theodotion inter nouos & ueteres  
 medius incedat. Sit illa uera interpre-  
 tatio, quam apostoli probauerunt. De  
 nouo nunc loquor Testamēto, quod  
 Græcum esse non dubium est: exce-  
 pto apostolo Matthæo, qui primus in  
 Iudæa Euangelium Christi Ebraicis li-  
 teris edidit. Hoc certè cum in nostro  
 sermone discordat, & in diuersos ri-  
 uulorum tramites ducit, uno de fonte  
 quærèdum. Prætermitto eos codices.  
 quos à Luciano & Esychio nuncupa-

*\* Scriptura  
non in Lati  
nam tantum  
lingua, sed  
in multas  
transfus.e.  
Liquet hinc  
Hieronymu  
non esse in-  
terprete La  
tinum noui  
testamenti.*

tos, paucorum hominum asserit per-  
uersa contentio. Quibus utiq; nec in  
toto ueteri instrumento post LXX In-  
terpretes emendare quid licuit, nec in  
nouo profuit emendasse, cum multa-  
rum gentium linguis scriptura ante trans-  
lata doceat falsa esse quæ addita sunt.  
Igitur hæc præfata præfatiuncula pol-  
licetur, quatuor tantum Euangelia co-  
dicum Græcorum emendata collatio-  
ne, sed & ueterum, nec quæ multum à  
lectionis Latinæ consuetudine discre-  
parent. Ita calamo temperauimus, ut  
his tantum quæ sensum uidebantur  
mutare, correctis, reliqua manere pa-  
teremur ut fuerant. Et paulopost:  
Magnus hic in nostris codicibus er-  
ror inoleuit, dum quòd in eadē re ali-  
us Euangelista plus dixit, in alio quia-  
minus putauerint, addiderunt: uel dum  
eundem sensum alius aliter expressit,  
ille qui unum è quatuor primùm lege-  
rat, ad eius exemplum cæteros quoq;  
existimauerit emendandos. Vnde ac-  
cidit, ut apud nos mixta sint omnia: et  
in

in Marco plura Lucae atq; Matthaei,  
 rursus in Matthaeo plura Ioannis &  
 Marci, & in caeteris reliquorum, quae  
 alijs propria, inueniantur. Ex quibus  
 certe uerbis diui Hieronymi liquet,  
 non modò ipsum Hieronymum, uirum  
 doctissimum, sed etiã Damasum Rom.  
 Papam animaduertisse, quod in Lati-  
 na translatione sacròrum librorum plu-  
 rima sint uitiata, tum à librarijs, tũ ab  
 ipsis interpretibus ( qui plurimi fue-  
 runt, ut paulo post indicabo ) tũ ab in-  
 eptis emendatoribus. Simul discimus,  
 pium esse laborẽ illorũ, qui student sa-  
 cros codices suae integritati restituere,  
 collatione uariorũ exemplariũ, praeser-  
 tim sermonis originalis apostolorũ et  
 prophetarũ, Graeci nimirũ et Ebraici.

Vidit etiam Papa Leo X. ut multa  
 omittam in medio, quae huc pertine-  
 bant, Latinos codices utriusq; testamẽ-  
 ti exactiorẽ limã postulare, & ad emẽ-  
 dationem iustã requiri collationẽ nõ  
 modò Latinorũ codicũ, sed etiã Grae-  
 corũ, & Ebraicorũ, & aliarũ linguarũ.



Nam Erasmi Roterodami lucubrationes, qui post Laurentium Vallam, & Iacobum Fabrum Stapulensem Latinam & Græcam noui testamenti scripturam castigauit, ac nouam translationem cum Annotationibus edidit, publico scripto approbauit. Ad hæc petijt à Christiano & potentissimo rege Indorū, quem presbyterū Ioannē uocant, libros Aethiopicos, & uiros linguarum atq; Theologiæ peritos, quorum opera Latini libri etiā ad Indianas, siue Chaldaicas translationes emendarentur.

Nec uideo in uniuersis actis Pauli tertij Papæ, quicq; pontifice dignius, aut Ecclesiæ Christi salutaris fuisse, quàm quod eruditi uiri partim ab ipso excitati, partim ab eo probati et adiuti, Romæ ediderunt quatuor Euangelistas Græcos cū Theophylacti episcopi cōmentarijs; & testamentum nouum Aethiopica lingua. Nam præfatio Latina, præfixa Theophylacti cōmentarijs, testatur beneficiū illud quātuncunq;

tumcunq; est, quod maximū est, Pauli tertij uirtuti cuidam diuinæ deberi.

Verūm ut appareat euidentissime, quantum Latinæ ueteri translationi desit ad integritatem, Lexicon & indicem historiæ Euangelicæ beati Marci adiunxi, ea moderatione, ut posuerim uoces Græcas, & Latinam translationem uulgatam ac ueterem illam, quam Cōcilium Tridentinum obtrudere molitur solam, non modò Ecclesiæ Romanæ, sed etiam catholicæ Ecclesiæ, quæ ubiq; gētium dispersa est. Ea translatio ( nam Marcum non Latinè, sed Græcè scripsisse, in uita ipsius ostendi ) usq; adeo sibi repugnat, ut nullus interpres nouus magis ab ea discrepet . Adiunxi non rarò etiam aliorum translationes atq; interpretationes, Vallæ, Stapulësis, Erasmi, Aethiopicam translationem. Ut cernant omnes, quàm non sint charismata linguarum contemnenda, & sanctissimi labores illorum qui studuerunt diuinos libros illustrare. Vtq; omittā uerborum

borum transpositiones, ueluti cap. 6.  
 κ̄ ἀπ̄ ἡλθ̄ον εἰς ἔρημον τίπον τῶ πλοῖου κατ̄  
 ἰδίαν, quod uetus interpres reddidit,  
 Et ascendentes in nauim, abierunt in  
 desertum locum seorsim: Erasmus au-  
 tem, Et abiit in desertum locum nau-  
 gio seorsim: duntaxat ea quæ adiecit,  
 aut detraxit uetus interpres, præter fi-  
 dem Græcorum codicum, paululum  
 expendamus. In quibus uariorum ex-  
 emplariorum, etiam peregrini sermo-  
 nis collatio non parum adiuuat, ut sin-  
 ceram & germanam lectionem resti-  
 tuamus.

Et coniunctio, aliquoties superflue  
 ponitur. ut cap. 1. sub litera d. Et in to-  
 tam Galilæam. 2. c. Et nō homo pro-  
 pter Sabbathum. 3. c. Et non poterit  
 stare. 6. g. Et currentes. 8. b. Videte  
 & cauete. 9. a. Et candida. 14. a. Te-  
 nuerunt & occiderunt. 14. c. Et filius  
 quidem hominis. Et benedicens fre-  
 git. 14. d. Et si oportuerit. 16. d. Et  
 quidē Dominus. Plura etiā ponun-  
 tur in Græco indice, in uoce κ̄. Id. cre-  
 berrimē

berrimè fit, quū participiū cōmutatur  
in uerbū: ut, Tenuerunt & occiderūt:  
pro, tenētes, uel cōprehensum occide-  
runt. 14. a. Progredi & uellere. 2. c.

In, de, ex, præpositiones alicubi po-  
nuntur, ubi sermo Græcus genitiuum  
ponit absq; præpositione. ut, Vnus ex  
discipulis. 7. a. Vnus ex uobis. Quicum-  
que uoluerit in uobis esse primus, οὐκ αὐ-  
τὸν.

Cum sapius ponitur, quando par-  
ticipium mutatur in uerbum. 7. a. Et  
cum uidissent quosdam. pro, & con-  
spicati quosdam.

Autē. 10. f. Nō ita est autē in uobis.

Iam. 11. b. Iam non amplius.

Statim. 14. g. Et statim iterum gallus  
cecinit.

Quasi unum de prophetis. 8. c.

Ergo. 9. b. 12. b. Quid ergo dicunt.

Nam. 1. c. Quid 'nam est hoc?' quæ-  
nam doctrina hæc noua?

Pronomina. Tu hodie nocte hac.

14. c. Docebat eos. 1. c. Et ait illis. 14. c.

Dicet nobis. 11. d. Ac sepe relatiuū  
ponitur,



ponitur, commutato participio in uerbum. 14. c. Qui intingit mecum: pro, intingens.

Signum uniuersale. 13. a. Vides has omnes ædificationes?

Nomina. 2. a. Post ( octo ) dies. 15. c. Templum ( Dei ) 14. c. Qui intingit mecum ( manum ) 9. b. Et pharisæi. 14. g. Cum Nazareno ( Iesu ) 16. d. Et quidem dominus ( Iesus )

Verbum. 12. c. Ego ( sum ) Deus. 12. b. Cuius ( est ) imago. 5. b. Legio mihi nomen ( est ) 13. c. quæ in coelis sunt. 5. b. ( Cœpit ) deprecari. 7. c. In uentrē ( uadit ) & in secessum exit. 6. c. ( Ascendentes in ) nauim.

Additur oratiuncula. 3. b. Ad se. 9. c. Et expauerunt. 8. c. illi dicentes: Vade in domū tuam. & si, & cætera. Si peccatum, si fraus, si piaculum, si hæreticum & sacrilegum est, aliquid addere, aut detrahere, aut mutare, ut Hieronymus metuit sibi imputatum iri, utq̄ Latinis & Germanicis interpretibus nostro seculo quidam impegerunt, quid

quid ad hæc dicent, qui solam ueterẽ Latinam translationẽ autoritate pol-  
lere uolunt?

Sunt etiam quædam prætermiſſa, ut nomen Iesus, 14. d. & ait illi: Amen dico. Plerunq; liber Aethiopicus dicit, Dominus Iesus: ubi Latini codices dicunt, Iesus. Prætermiſſa est tota ſententia 6. cap. Tolerabilius erit Sodomæ, & cætera. Quam ſententiã ponunt codices Græci omnes quos uiderim, & Aethiopicus. Non eſt etiam præcereundum ſilentiõ, quod Hieronymus ſcribit quæſtione tertia ad Hebræos, de reſurrexione Domini: Aut non recipimus Marci teſtimoniũ, quod in raris fertur Euangelijs, omnibus Græciæ libris penẽ hoc capitulũ in fine non habentibus: præfertim cũ diuerſa atq; contraria Euangeliftis cæteris narrare uideatur. An non erit tibi confugiendum ad exemplaria Græca, & peregrinarum linguarum? Beda & Auguſtinus caput ultimũ Euangelijs Marci agnoſcunt, & interpretantur,

tur, quia uidelicet in suis libris habebant. Theophylacti Græcus liber habet. Erasmus etiam testatur in Græcis exemplaribus, quæ ipse uiderit, haberi quidem: sed extremo loco, uelut adfectitium. Habet & codex Indianus hoc caput, sine ulla distinctione singulari. Idem Hieronymus libro secundo aduersus Pelagianos dicit, in quibusdam exemplaribus, maxime in Græcis codicibus, iuxta Marcum, in fine eius Euangelij scribi: Postea cum accubuissent undecim, apparuit eis Iesus, & exprobrauit incredulitatem & duriciam cordis eorum: quia his qui uiderant eum resurgentem, non crediderunt. Et illi satisfaciebant, dicentes: Seculum istud iniquitatis & incredulitatis substantia est, quæ non sinit per immundos spiritus ueram Dei apprehendi uirtutem. Idcirco iam nunc reuela iustitiam tuam. Erasmus Roterodamus suspicatur, hanc coronidem ex apocrypho quopiam Euangelio adscriptam fuisse à lectore suo

diolo

diolo. Certè uetustissimi Latini codices, & Græci, quos uidi, & Aethiopicum testamentum, hanc pericopen nō habent. Omitto, Hieronymum & Augustinum præcipere, ut codices Latini ad Ebræos & Græcos emendentur: quod etiam pontificijs decretis insinuatum est. Quum igitur latina Bibliorum uetus translatio multis in locis emendationem postulet, admiratione dignum est, quòd Ecclesiæ catholicæ Tridentinum concilium eam solam iniungit pro authentica.

Deinde quū innumeri Christiani Latinum sermonem ignorent, quum populi & gētes in Europa, in Africa, in Asia, Christū seruatorē nōdum agnoscentes, Arabico sermone, aut Persico, aut alio quocunq; familiariter utantur, quomodo potest Ecclesia catholica una Latina translatione contenta esse: Christus dominus apostolos per sanctum Spiritum uarijs linguis instruxit, ut suo idiomate unicuique populo Euangeliū prædicarent.

Hierony.

*De usu linguarum & translationum uariarum.*



Hieronymus etiã testat̃ sacros libros  
 in gentiũ multarũ linguas esse transla-  
 tos. Quod uir sanctissimus adeo non  
 improbat, ut etiam collatis codicibus  
 Samaritanorũ & Nazaræorũ. & alio-  
 rũ nõnulla emendet. Atq; in literarũ  
 sacrarũ expositione opẽ modò ab E-  
 braicis, modò ab alijs libris petit. Id  
 quod uno exẽplo planũ faciã. Libro  
 secũdo cõmentariorum in epistolam  
 beati Pauli ad Galatas, scribit sibi mo-  
 rẽ esse, ut quoties apostoli testimoniũ  
 adhibet̃ Mosis, aut propherarũ, recur-  
 rat ad libros Ebraicos, & cognoscat,  
 quomodo ibi scriptum sit. Veluti quo-  
 modo sentẽtia ista Pauli, Maledictus  
 omnis qui non permanserit in omni-  
 bus his quæ scripta sunt in libro legis,  
 Ebraicẽ scripta sit Deuteronomij <sup>17.</sup>  
 cap. Et quia non scriptum reperit <sup>לך</sup>  
 chol, id est omnis, & in omnibus, du-  
 diderint de suo,  $\pi\acute{\alpha}\sigma$ , &  $\gamma\acute{\iota}\ \pi\acute{\alpha}\sigma\iota$ : an in  
 Ebraico antiquo ita scriptum fuerit, et  
 postea deletũ à Iudæis, Deinde perpẽ-  
 dens

dens apostolum Paulum non modo  
 Græcæ linguæ, sed etiam Ebraicæ do-  
 ctissimum, non ita scripturū fuisse, nisi  
 legisset in Ebraico Mose, consuluit li-  
 bros Samaritanorū Ebraicos, qui uo-  
 cem חול chol habent. Inde statuit, in  
 Mose olim omnino scriptum fuisse,  
 ut Paulus et LXX. Græcè reddiderūt:  
 sed uerbum Omnis, & In omnibus, à  
 Iudæis deletum, ne uiderentur male-  
 dictioni esse obnoxij, si nō præstarēt,  
 quæcunque præcepta sunt in lege.

Quod si una Latina trāslatio in Ec-  
 clesia catholica debet authentica esse,  
 cur Hieronymus presbyter cardinalis  
 in scripturarum expositione ea non fu-  
 it contentus? Augustinus innume-  
 ros esse dicit, qui sacros libros transtu-  
 lerint in Latinam linguam. Quæ res  
 plus adiuuat intelligentiam, quam im-  
 pediat, ut ipsius uerbis utar: si modo  
 legentes, non sint negligentes. Nam  
 nonnullas obscuriores sententias, plu-  
 rium codicum sæpe manifestauit in-  
 spectio.

d

Sed

Imperato-  
ria constitu-  
tio.

50

Sed audiamus Imperatorem Iustianū, qui cōstitutione 146. concedit Ebræis usum linguarum omnium, ut ad Christi notitiam & fidem perueniant. Et eas reddit causas, quæ ostendūt in Ecclesijs Christianis eum morem quoq; salutarem esse. Verba legis imperatoriae de Ebræis, quomodo eos oporteat scripturas legere, sic habent: Aequum sanè erat, ut Ebræi cum sacris libris aures præbent, non leuiter, & rebus solummodo gestis delectarentur: sed reconditos in ipsis sensus spectarēt, per quos magnum illi Deū & Seruatorem humani generis Iesum Christum annunciant. Verùm enim-vero quamuis, dū commentis inter ipsos interpretationibus se committunt, in hūc usq; diem à recta sententia aberrarunt: Quia tamen didicimus, habere ipsos inter se cōtrouersiam, nō sustinuumus eum tumultum relinquere ipsis incōpositum. Siquidem per interpellationes, quæ ad nos referūtur, didicimus, quòd ex ipsis quidam so-

la lingua tenentur Ebraica, eaq; uten-  
 dum esse in sacrotum librorum lectio-  
 ne uolunt: quidam etiam Graecam as-  
 sumendam contendunt, & longo iam  
 tēpore ea de re seditiones inter se agi-  
 tāt. Nos igitur de hac cōtrouersia edo-  
 cti, meliores esse iudicauimus eos, qui  
 Graecam etiam linguam in sacrorum  
 librorum lectiōne uoluerunt assume-  
 re: & uno uerbo, omnem deniq; lin-  
 guam, quam locus accōmodatiorem  
 & magis familiarem reddat auditori-  
 bus. Et reliqua.

Postremo Clemens v. Papa, & Cō *Papale de-*  
 cilium Viennense decreuerunt, Ebrai *cretum.*  
 cam & Chaldaeam & Arabicam lin-  
 guam doceri in scholis uniuersalibus,  
 ut eo instrumento linguarum fides sa-  
 lubriter ad infideles populos propage-  
 tur, & errantes in uiam ueritatis indu-  
 cantur, Christoq; lucrifiant. Non am-  
 bigimus, inquit decretū, quin ad hu-  
 iusmodi desiderium assequendum, di-  
 uinorum eloquiorum sit expositio cō-  
 grua, ipsorumq; fidelis p̄dicatio ad-  
 d 2 modum



modum opportuna. Sed nec ignoramus, quin & hæc promi noscant inaniter, uacuaq; redire, si auribus linguã loquentis ignorantium proferantur. Ideoq; illius, cuius uicẽ in terris, licet immeriti, gerimus, imitãtes exemplũ, qui ituros per uniuersum mũdum ad Euangelizandum apostolos, in omni linguarum genere fore uoluit eruditos: uiris catholicis, notitiam linguarum habentibus, quibus utuntur infideles præcipue, abundare sanctam affectamus Ecclesiam: qui infideles ipsos sciant & ualeant sanctis institutis instruere, Christicolarumq; collegio per doctrinam Christianæ fidei ac susceptionẽ sacri baptismatis aggregare. & quæ sequunt. Nam hæc abunde satis ostendũt, scripturæ sanctæ tractationem in Ecclesia catholica non posse alligari Latinæ ueteri translationi: & propterea decretum Cõcilij Tridentini ampliorem postulare cognitionem, & retractationem.

DE CATHOLICA ET ORTHO-  
doxa expositione scripturæ sanctæ.

**P**Ræterea ad coercenda petulan-  
tia ingenia decernit, ut nemo suæ  
prudentiæ innixus in rebus fidei, &  
morum ad ædificationem Christianæ  
doctrinæ pertinentiū, sacram scriptu-  
ram ad suos sensus contorquens, con-  
tra eum sensum quem tenuit & tenet  
sancta mater ecclesia, cuius est iudica-  
re de uero sensu et interpretatione scri-  
pturarum sanctarum, aut etiam cōtra  
unanimem consensum patrum, ipsam  
scripturā interpretari audeat. Etsi hu-  
iusmodi interpretationes ullo unquā  
tempore in lucem edendæ forent, qui  
contrā uenerint, per ordinarios decla-  
rentur, & pœnis à iure statutis puni-  
antur. Et sub finem: Post hæc teme-  
ritatē illam reprimere uolēs, qua pro-  
phana quæq; conuertunt, & torquen-  
tur uerba & sententiæ sacrae scriptu-  
ræ ad scurrilia, fabulosa, uana, adula-  
tiones, detractiones, superstitiones,  
ineptias, & diabolicas incantationes,  
d 3 diuina

diuinationes, sortes, libellos etiã famo-  
 sos: mādāt et præcipit, ad tollēdã huius  
 modi irreuerentiã et contēptũ, ut ne de  
 cetero quisq; q̄modolibet uerba scrip-  
 turę sacrę ad hæc et similia audeat usur-  
 pare: utq; oēs huius generis homines,  
 temerarij uiolatores uerbi Dei, iuris et  
 arbitrij, pœnis p̄ episcopos coerceant.

Posterior pars huius capituli, quæ  
 prohibet abusum diuinæ scripturæ,  
 nulli Christiano potest displicere. Cõ-  
 sentit enim diuinæ legi: Non assumes  
 nomē Domini Dei tui in uanũ. Quan-  
 quã uindictio in blasphemis, ut pœ-  
 nis coerceant, nõ tam pertinet ad epi-  
 scopos, q̄ ad ciuiles magistratus: ut  
 lex diuina, & leges aliquot Christia-  
 norum principum copiose testantur.

Sed prior pars non oscitãter est ex-  
 pendenda: quæ rectissimẽ quidẽ præ-  
 scribit, ne quis suæ prudētiæ innixus,  
 sacram scripturam ad suos sensus con-  
 torqueat. Id enim ore uno præcipiunt  
 omnes boni Theologi, & subinde in-  
 culcant, in primis diuinus Petrus, quã  
 ait,

ait, Omnis prophetia scripturæ nō est  
 priuatæ interpretationis. & Si quis lo-  
 quit, loquatur sicut sermonē Dei. Pau-  
 lus etiā [inquit: Non audeo aliquid lo-  
 qui, eorū quæ per me non efficit Chri-  
 stus. Verūm quia regulā interpretā-  
 di scripturas ostēdit, sententiā quā tenu-  
 it ac tenet sancta mater ecclesia, cui so-  
 lius cōpetit iudicādi de uero sensu, &  
 scripturarū interpretatione: scire oportet,  
 quā Ecclesiā sanctā dicant illi do-  
 gmatistæ, & quā teneat illa mater Ec-  
 clesia sententiā, quis' ue sit unanimis  
 cōsensus patrū. Eteṁ præter id quod  
 Cōciliū Tridentinū decernit, libros sa-  
 cros prophetarū et apostolorū cano-  
 nicos et authēticos haberi, put in Ec-  
 clesia catholica legi cōsueuerunt et in  
 ueteri uulgata editione, latina utiq; ha-  
 bent, et traditiones equat diuinis scri-  
 pturis: meminisse oportet, Paulū III.  
 Pōt. Ro. cōciliū istud indixisse, eiꝝ præ-  
 sedisse tres legatos ab eodē missos, ut e  
 Ro. pōtificis arbitrio et sententiā guber-  
 narent: & subinde ingerere canones



atq; decreta pontificia. Ex quibus nō  
aliud statuere possumus, quā Syno-  
dum uocare sanctam & catholicā Ec-  
clesiam, & matrem, Romanamecclesi-  
am, cuius caput est Papa Rom. funda-  
mentum est Papa Rom. cor, anima,  
sensus, uita, Papa est Rom. Cuius uo-  
luntas, ut ipsi dicunt, est perfecta: quæ  
errare non potest: qui est uiuum ius,  
& uiua lex: qui iura omnia conclusa te-  
net in scrinio sui pectoris: qui habet  
plenam, summā, & immensam pote-  
statem tum alijs in rebus, tum in scri-  
pturis exponendis: ut omnia quæ ad  
cultum Dei, uel fidem Christianorū,  
uel stabilitatem procuranda fuerint,  
eius iudicio disponātur. Sic enim Do-  
natio Constantini, et alia scripta Papa-  
lia, iurisdictionem Romani Papæ la-  
tissimè extendunt. Itaq; sententiā scri-  
pturæ genuina, uera, catholica, ortho-  
doxa erit, quā Papa Romanus protu-  
lit, & approbauit. Interpretatio autē,  
quæ ab illo canone & regula dissidet,  
uidelicet erronea, falsa, & hæretica ha-  
bebitur:

bebitur: iuxta illam præscriptionem  
Concilij Tridentini.

Ex opposito autē cōsideremus beati Petri apostolicas regulas exponendi, & legendi, & omnino tractandi sacras scripturas. Sic enim scribit capite primo, epistolæ posterioris catholice:

Nō indoctas fabulas secuti, notā fecimus uobis Domini nostri Iesu Christi uirtutem & præsentiam, sed speculatores facti illius magnitudinis. Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriam, uoce delapsa ad eum huiusmodi à magnifica gloria: Hic est filius meus dilectus, in quo mihi cōplacui: & hanc uocem nos audiuimus de celo allatam, cum essemus cum ipso in monte sancto.

Et habemus firmiorem prophetiæ cum sermonem, cui bene facitis attendentes, quasi lucernæ lucēti in loco caliginoso, donec dies elucescat, & lucifer oriatur in cordibus uestris.

Hoc primum intelligentes, quòd omnis prophetia scripturæ, propria

- » interpretatione non fit. Non enim uo  
 » luntate humana allata est aliquando  
 » prophetia: sed spiritu sancto inspira-  
 » ti, locuti sunt sancti homines Dei.

De interpretatione igitur, siue reso-  
 lutione scripturarum, paululum confi-  
 deremus uerba diuini Apostoli. Pro-  
 phetia, inquit, scripturae non fit pro-  
 pria interpretatione, siue ( ut Graece  
 enunciatur ) non est *ιδίας επιλύσεως*,  
 hoc est, propriae, priuatae, et suae cuius-  
 que resolutionis & interpretationis.  
 Quomodo & Marcus utitur uerbo  
*επιλύειν*, 4. cap. commemorans, ut Chri-  
 stus parabolas *επίλυε*, hoc est, resol-  
 uit, exposuit, explanauit, edisseruit di-  
 scipulis seorsim. Et opponit interpre-  
 tationem propriam ac priuatam, catho-  
 licam, uniuersalem, quaeque non est unius  
 hominis aut pauculorum, sed omnium  
 huius aut illius temporis atque loci, sed  
 uniuersorum. Ac rationem adiungit,  
 quod scriptura sancta per sanctum spiri-  
 tum reuelata, eodem spiritu magistro  
 exponi

59  
exponi debeat: neq; illi sit affingenda  
sententia, quam propheta uel aposto-  
lus, uel ipse spiritus diuinus non uolu-  
it hominibus offerre. Quamobrem le-  
gitimam scripturæ expositionem con-  
cludit articulus fidei de spiritu sancto:  
Qui locutus est per prophetas in unā  
sanctam, catholicam & apostolicam  
Ecclesiam. Eam natiuam, & ueram, &  
simplicem diuinæ scripturæ sententi-  
am, non certè sumere oportet ex cere-  
bro, aut uentriculo, aut corde cuiusq;  
mortalis: sed ex proprietate ac natura  
uerborum & rerum, quibus mentem  
suā diuini homines exposuerunt. Ver-  
borum atq; sermonis uim expediunt  
Grammatici, Dialectici & Rhetores,  
ipsæq; professiones peculiaria sua uo-  
cabula interpretantur. Nam aliter Phy-  
sicus edisserit, quid significet mūdus,  
aut caro: aliter Theologus. Res autē,  
Physici, Mathematici, Philosophi, lu-  
risconsulti, & in primis Theologi ex-  
ponunt. Quibus uaria historia etiam  
non parum conducit, Vnde enim po-  
tius



tius discemus, quid sit Deus, quid  
Christus, quid Ecclesia, quid gratia, iu-  
stitia Dei, liberum uoluntatis huma-  
næ arbitriū, & alia, quàm ex fontibus  
diuinæ sapientiæ, ex oraculis prophe-  
ticis, & apostolicis?

Sed ne longior sim, unū duntaxat  
exemplum inspiciamus Papisticae &  
catholicæ interpretationis scriptura-  
rum. Bonifacius VIII. Papa, eximi-  
us uindex principalitatis, & Eccle-  
siæ Romanæ, & pontificis Roma-  
ni, ut nihil aliud dicam, edidit consti-  
tutionem decretalem de maiori-  
tate atque obedientia: quæ iuri canonico in-  
serta est, ceu benè catholica & ortho-  
doxa. In ea nititur ipsemet pontifex  
Romanus, probare etiā scripturis san-  
ctis utriusque testamenti, quòd omni  
humanæ creaturæ omnino sit de ne-  
cessitate salutis, subesse Romano pon-  
tifici: hoc est, ut equidem intelligo, cre-  
dere sicut docet ac iubet credere: uiue-  
re, ut dicat uiuere: in ijs rebus spē atq;  
præsidium salutis ponere, quas ipse  
monstrat:

monstrat: eius arbitrio Ecclesiam, &  
 res uniuersas permittere. Sed quo-  
 modo illud adstruit: Audite. Princi-  
 piò copiose probat, quòd nemo Chri-  
 stianus negat, unam esse sanctam ca-  
 tholicam, & ipsam apostolicam Eccle-  
 siam: extra quam nec salus est, nec re-  
 missio peccatorum. Eius autem Eccle-  
 siæ unum est caput. Quod probatur  
 sic: Ecclesiæ unius & unicæ unum cor-  
 pus, unum caput, non duo capita, qua-  
 si monstrum, Christus uidelicet, &  
 Christi uicarius Petrus, Petriq; suc-  
 cessor, dicente Domino ipsi Petro: Pa-  
 sce oues meas. Meas, inquit, & gene-  
 raliter, non singulariter, has uel illas.  
 Per quod commississe sibi intelligitur  
 uniuersas. Siue igitur Græci, siue alij  
 se dicant Petro, eiusq; successoribus  
 non esse commissas, fateantur necesse  
 est, se de ouibus Christi non esse, di-  
 cente Domino in Ioanne, unum ouis-  
 le, & unum pastorē esse. In hac, eiusq; Papa Ro-  
 potestate duos esse gladios, spiritualē habet om-  
 uidelicet & temporalem, Euangelicis nem pote-  
 dictis

*Vna est Ec-  
 clesia ca-  
 tholica: er-  
 go una Ro-  
 ecclesia est  
 catholica.  
 Vnum est  
 caput Ec-  
 clesia, ergo  
 Papa Rom.  
 est caput ec-  
 clesia ca-  
 tholicæ. O  
 Chrysippeū  
 acumen.*

*statē in Ec-  
clesia, cui  
parere o-  
portet om-  
nes ciuiles  
magistra-  
tus, & Ec-  
clesiasticos.*

*Hierarchia  
et ordo pla-  
nè sacerri-  
mus. quis  
neget istud?*

dictis instruimur. Nā dicētibus Apo-  
stolis, Ecce gladij duo hic: in Ecclesia  
scilicet, cū apostoli loquerent̄, non re-  
spondit Dominus nimis esse, sed satis.  
Certè qui in potestate Petri tempora-  
lem gladiū esse negat, malè uerbū at-  
tendit Domini proferentis: Cōuerte  
gladium tuum in uaginā. Vterq; ergo  
est in potestate Ecclesiæ, spiritualis sci-  
licet gladius, et materialis: sed is quidē  
pro Ecclesia, ille uerò ab Ecclesia exer-  
cendus: ille sacerdotis manu, is manu  
regum & militum, sed ad nutum &  
placētiam sacerdotis. Oportet autem  
gladium esse sub gladio, & tempora-  
lem autoritatem spiritali subijci pote-  
stati. Nam cum dicat Apostolus, Nō  
est potestas nisi à Deo: quæ autē sunt,  
à Deo ordinata sunt: non autem ordi-  
nata essent, nisi gladius esset sub gla-  
dio, & tanquam inferior reduceretur  
per aliud in suprema. Nam secundum  
beatum Dionysium, Lex diuinitatis  
est, infima per media in suprema redu-  
ci. Non ergo secundum ordinem uni-  
uersi,

uerſi, omnia æquè ac immediatè, ſed infima per media, & inferiora per ſuperiora ad ordinem reducuntur. Spiritualem autem & dignitate, & nobilitate terrenam quamlibet præcellere poteſtatem, oportet tanto clariùs nos fateri, quanto ſpiritualia temporalia antecellunt. Quod ex decimarum datione, & benedictione, & ſanctificatione, ex ipſius poteſtatis acceptione, ex ipſarum rerum gubernatione claris oculis intuemur. Nam ueritate teſtante, ſpiritualis poteſtas terrenam poteſtatem inſtituere habet, et iudicare, ſi bona non fuerit: ſi de Eccleſia & eccleſiaſtica poteſtate uerificatur uaticinium Hieremiæ, Ecce conſtitui te hodie ſuper gentes & regna, & cætera quæ ſequuntur. Ergo ſi deuiat terrena poteſtas, iudicabit à poteſtate ſpirituali. Sed ſi deuiat ſpiritualis, minor à ſuo ſuperiori. Si uerò ſuprema, à ſolo Deo, nõ ab homine poterit iudicari: teſtante apoſtolo, Spiritualiſ homo iudicat mala, et plâtet bona. Igitur papa ſupra reges et

*Cui nõ illa cõgeries argumentorũ perſuadeat, Politicos magiſtratus ſubiectos eſſe papæ & prelatiſ ecclieſiaſticis? quicquid tãdem Chriſtus, Vos autem nõ ſic. Hieremiæ prophete præcepit deus, ut uerbo et legib. diuinis euclat oēs eminent.*



Et Papa est iudicat omnia, ipse autem à nemine iudicatur. Est autem hæc autoritas, et si ergo nõ de data sit hominì, ut exerceatur per hominẽ, nõ humana, sed potius diuina, bet à quo ore diuino Petro data, sibiq; et suis successoribus in ipso, quem cõfessus est, quã iudicari, ipse aut oēs iudicet.

Clauis ipse Petrus interpreta tur Euan gelij prædicationem.

Vna est suprema potestas, nempe Ro. Pa pe, nõ plures. Quia Moses dicit de rerũ creatione,

In principio creauit Deus cœlum et terrã: et nõ in principijs.

Quot scripturæ sanctæ adducuntur, immortalem Deũ, à Romano Papa, ut iste syllogismus conficiatur, imò basis dominatus Papistici fulciatur ac stabiliatur? Capiti Ecclesiæ catholicæ subesse, omnino est necessarium ad salutem

Nisi duo, sicut Manichæus, fingat esse principia: quod falsum & hæreticũ iudicamus. Quia testante Moyse, nõ in principijs, sed in principio cœlum Deus creauit, & terrã. Porrò subesse Romano pontifici, omni humanæ creature declaramus, dicimus, diffinimus, & pronunciamus, omnino esse de necessitate salutis.

Iutē cunctis hominibus: Pōtifex Ro.  
 est caput Ecclesiæ catholicæ: Igit̃ pon-  
 tifici Romano subesse et obedire est  
 cunctis mortalibus necessariū ad salu-  
 tem. Vel hoc modo: Soli obedientes  
 capiti Ecclesiæ catholicæ, possunt asse-  
 qui salutem: Non aliij autem obediunt  
 capiti Ecclesiæ catholicæ, quā qui  
 Romano Papæ subsunt: Igit̃ soli obe-  
 dientes Rom. Papæ, salutem possunt  
 assequi. Hanc scripturæ tractationē  
 magistralem, formalem, ecclesiasticā,  
 Papalem, imō plus quā Solomoni-  
 cam, & Mosaicam, & Paulinam, decre-  
 tum istud Tridentinum dicit esse ca-  
 tholicam, quæ iam CCL. annos, inter  
 sacras Papistarum leges extat. Atqui  
 Philippus cognomento Pulcher &  
 Philosophus, Francorū rex Christia-  
 nissimus, & proceres regni, & totum  
 regnum Franciæ aliter sensere, magna  
 utiq; pars orbis Christiani. Aliter sen-  
 sit Albertus Imperator: aliter sensit  
 Marsilius Patavinus, uir eximia do-  
 ctina & pietate præditus: aliter senti-  
 unt,

unt, quotquot uel mediocrem habent  
peritiam sacrarum literarum, & Chri-  
sti bonum spiritum sortiti sunt. Quam-  
obrem hac etiã in parte Concilij Tri-  
dentini decretum maximoperẽ desi-  
derat ampliorem cognitionem.

DE LIBRORVM PUBLICA-  
*tione per typographiam.*

**R**eliquum est, ut Cõcilium audia-  
mus, quibus legibus, quã-  
quis circũscribat typographiã. Quod  
organum Deus optimus & sapientis-  
simus, hisce nouissimis tẽporibus uni-  
cẽ dedit ad Euangelij propagationẽ,  
etiam inter exteros. Verba decreti sic  
habent: Sed et impressoribus modum  
» in hac parte, ut par est, imponere uo-  
» lens, qui iam sine modo, putantes sibi  
» licere quicquid lubet, sine licentia su-  
» periorum ecclesiasticorum, ipsos sa-  
» cræ scripturæ libros, & super illos an-  
» notationes expositionesq; quorumli-  
» bet indifferenter, sæpẽ tacito, sæpẽ eti-  
» am e mentito prælo, & quod grauius  
» est, sine nomine auctoris, imprimunt,  
alibi

alibi etiam impressos libros huiusmodi temerè uanales habent: decernit & statuit, ut posthac sacra scriptura, potissimum uerò hæc ipsa uetus translatio, & uulgata editio, quam emendatissimè imprimatur, nulli quæ liceat imprimere, imprimi quæ facere, quosuis libros de rebus sacris sine nomine auctoris, neque illos in futurum uendere, aut etiã apud se retinere, nisi primùm examinati probati quæ fuerint ab ordinario, sub pœna anathematis & pœniæ in canone concilij nouissimi Lateranensis apposita. Et si regulares fuerint, ultra examinationem & probationem huiusmodi, licentiam etiam à suis superioribus impetrare teneantur, recognitis per eos libris, iuxta formam suarum ordinationum. Qui autem scripto eos comunicant, uel euulgant, nisi antè examinati probati quæ fuerint, eisdem pœnis subiaceant, quibus impressores. Et qui eos habuerint, uel legerint, nisi prodiderint autorem, pro autoribus habeantur. Ipsa uerò huiusmodi



» modi librorum probatio in scriptis de  
 » tur, atq; ideo in fronte libri uel scripti,  
 » uel impressi authenticè adpareat. Idq;  
 » totum, hoc est, & probatio et examen  
 » gratis fiat, ut probanda probentur, &  
 » reprobentur improbanda.

Hoc decretū ueluti lex satyra, multa cōprehendit, quę tamen omnia illō tendunt, ut publicatio librorum sacrorum, & de rebus sacris, & tota scripturarum tractatio, & gubernatio Ecclesię Rom. Instituit enim decretum hoc ordinariū iudicem, ecclesiasticū minus gerentem, nimirum inquisitorem hæreticę prauitatis, puta monachum quempiam ordinis prædicatorij, aut aliū id genus factionis. Ad eū libros scriptos de rebus diuinis, & emittendos publicum in usum, & ipsos etiam libros sacros deferri oportet, ut eius iudicio atq; arbitrio stent, aut cadant, probentur, aut damnentur, in publicum ueniant, aut supprimantur. Idem præscribit hoc decretum typographis,  
 &

& bibliopolis, ne publicent libros u-  
 los de rebus sacris, nisi ab ordinario  
 isto inspectos & probatos. Omnibus  
 denique uetat lex satyra, emere, legere,  
 habere libros huius argumēti, qui de  
 rebus loquuntur Christianis, nisi me-  
 liorem notam & symbolum in fronti-  
 spicio præferant, quòd per illum ordi-  
 narium à sede apostolica Romanæ cu-  
 riæ probati sint. Qui secus faxerint,  
 poenā luunt anathematis, & mulctæ  
 pecuniariæ in Lateranēsi Concilio no-  
 uissimo decretā. Vbinam Christus,  
 sapientia Dei, & ueritas, & uita, omni-  
 um iudex & dominus, docuit hoc mo-  
 do agere? Quando postulauit, ut ad-  
 uersarij nihil docerent publicè, quod  
 ipse, uel ab eo ordinati iudices non pri-  
 us inspexissent, ac probassent? Aut  
 quando pontificū & pharisæorum, &  
 scribarum & Herodianorum, censurę  
 doctrinam suam, imò doctrinam cœ-  
 lestem à patre Deo acceptā, & Eccle-  
 siæ uniuersæ destinata ad salutem,  
 hoc pacto subiecit? Quis Moses, quis

Efras, quis prophetarum, quis Petrus,  
 quis Paulus, quis apostolorum id fe-  
 cit? Vbi nā ecclesia uetus, aut aliquod  
 concilium uniuersale à Spiritu sancto  
 congregatum & gubernatum, uerbi  
 diuini regulam ubiq; sequens, talibus  
 legibus publicationem librorum, &  
 munus prophetiæ, & donum Spiri-  
 tus sancti circūscripsit? Quū prophe-  
 tantibus Eldad ac Medad in castris  
 Israeliticis Iosue diceret, Domine mi  
 Moses prohibe illos: Moyses respon-  
 dit, Quid æmularis pro me? Quis tri-  
 buat, ut omnis populus prophetet, &  
 det eis Dominus spiritum suum? Pau-  
 lus apostolus organum delectissimū  
 Christi, gentium doctor catholicus,  
 non modo præscribit Thessalonicen-  
 sibus, sed etiam Ecclesiæ Romanæ, &  
 omnibus alijs Ecclesijs, & singulis ho-  
 minibus: Spiritum nolite extinguere,  
 prophetias nolite spernere: Omnia  
 autem probate, quod bonū est tenete,  
 ab omni specie mala abstinete. Pa-  
 tres et doctores ueteres Ecclesiæ, acer-  
 rimi

rimi uindices religionis Christianæ, hæreticorum scripta sacrosanctis testimonijs diuinorum eloquiorum, & rationibus inde necessaria & euidenti collectione deriuatis cōfutarūt. Adeo autem, unius, aut pauculorum, quos ipsi præfecissent iudices & censes, propheticos libros hæreticorum non subdiderunt arbitrio, ut ipsi etiam in publicum ediderint, aliquando confutationibus additis, ut fecit Irenæus, Tertullianus, Epiphanius: aliquando sine confutationibus, ut fecit Philastrius, Augustinus, Ioannes Damascenus.

Permittit Iustinianus Imperator ipsis Iudæis, confessis hostibus nominis Christiani, publicam sacrorum librorum explanationem. Tantumq; prohibet *δευτερωσι*, hoc est, secundariã traditionem, quæ sacris libris comprehensa non sit, neq; desuper tradita per prophetas, sed excerpta quædã continens uirorū, qui terrena duntaxat loquuntur, nec quicquam in se habent

e 4      diuini



diuini numinis. Iudæorum etiam omnes  
 codices impressi adeò nō pessun-  
 dant religionem Christianam, ut stu-  
 diosos etiam non parum iuuent. Non  
 ignoro, iussu principum Christiano-  
 rum & conciliorum exustos libros he-  
 reticos, sed prius scripturis conuictos  
 et redargutos: uelut Arianam, aut Ne-  
 storianam hæresim cōtinentes. Rur-  
 sum me non latet, Ioachimū regē lu-  
 da, ignauum & stolidum, & reipub.  
 perniciosum, libros Hieremiæ cultel-  
 lo dissectos cōbussisse: Antiochum re-  
 gem Syriæ, præcursorem & typum an-  
 tichristi, fuisse incēdiarium sacrorum  
 librorum. Non ignoro, quid Moses  
 præcipiat de cohibendis pseudopro-  
 phetis, nouas religiones & deos no-  
 uos introducentibus: quid Augusti-  
 nus scribat de coercendis Manicheis,  
 & Donatistis, & alijs hæreticis: quid  
 Imperatores Christiani sanxerint de  
 libris hæreticorū cōburendis. Sed au-  
 diamus legem unā Theodosij & Vas-  
 lentiniani, quæ libro 5. Codicis poni-  
 tur.

tur: Dam nato portentosā superstitio  
 nis autore Nestorio, nota congrui no  
 minis eius inuratur gregalibus. Nec  
 Christianorū appellatione abutantur:  
 sed quemadmodum Ariani ab Ario,  
 lege diuæ memoriæ Constantini, ob  
 similitudinē impietatis, Porphyriani  
 à Porphyrio nuncupantur: sic ubique  
 participes nefariæ sectæ Nestorij, Ne  
 storiani uocentur, ut cuius scelus sunt  
 in deserendo Deum imitati, eius uo  
 cabulum iurè esse uideant fortiti. Nec  
 uerò impios libros nefandi & sacrile  
 gi Nestorij aduersus uenerabilem or  
 thodoxorum sectam, decretaq; san  
 ctissimi cœtus antistitū Ephesi habiti  
 scriptos, habere, uel legere, aut descri  
 bere quisquā audeat. Quos diligenti  
 studio requiri, ac publicè cōburi decre  
 uimus. Ita ut nemo in religionis dispu  
 tatione aliquā supradicti nominis faci  
 at mentionem: aut quibusdam eorum  
 habendi concilij gratia in ædibus, aut  
 uilla, aut suburbano suo, aut quolibet  
 alio loco cōuenticulum clām aut aper

tē præbeat. Quos omnes coetus celebrandi licētia priuari statuimus: scientibus uniuersis, uiolatorē huius legis publicatione bonorū esse coercendū.

Placet omnino, libros quoscunque de rebus Christianis scriptos legi cum iudicio: placet, temeritatē & petulantiam eorum qui perniciosos & impios libros in publicum spargunt, legibus, pœnis, censuris coerceri. Sed hæc censura & iudicium quod est uniuersorū Christianorū, principū ciuiliū, eruditorū qui docēt, plebis, nō est committendū potestati et arbitrio paucorū Ecclesiæ prælatorū. Ad omnes sanctos pertinet uindicatio Christianæ doctrinæ & religionis. Regula uerò sit, ac uelut Lydius lapis, diuina & canonica scriptura: quæ est diuinitus inspirata, utilis ad docēdū, ad arguendū, ad corripiendū, ad erudiendū in iustitia: ut perfectus sit homo Dei ad omne opus bonū instructus, ut apostolus docet. Ad eū gnomonē quum oporteat exigi publica et priuata negotia,  
quid

quid ni publicatio librorum eo perfectissimo canone dirigat: Nemo igitur scribat, nemo imprimat, nemo diuendat, nemo illo pacto publicet ac ppaget latius, libros pugnantes cū diuinis scripturis: quæ in principijs & fundamentis Christiane institutionis, hoc est in symbolo apostolorū, in decalogo, et in Dominica formula precādi summam cōtinent. Hæc adulterinas doctrinas à legitimis et sinceris discernāt. Eis quæ cōsentiunt, haberi fas est pro catholicis, orthodoxis, salutaribus, accommodis ædificationi fidei, morum, disciplinæ, concordia. Quæ uerò dissident, damnari ius est, ac respui ceu uenena letifera: ut Petrus, ut Paulus, ut omnium Theologorum bonorum chorus docet. Quumq; leges ciuiles iustè puniant homicidas, ueneficos, maleficos, incestos, adulteros, proditores, plagiarios, sacrilegos, peculatores, abigæos, prædones, fures, legibus & pœnis condignis: nō tam per ecclesiasticos administratos,



stros, quàm per ciuiles magistratus, impiorum librorum autores & propagatores castigentur. Si quidem impia doctrina grauius lædit rempub. quàm illorū peccata, qui fortunas duntaxat aut corpora hominum lædūt. Ac quia summo studio remouent homines ea quæ sensus offendūt, aut officiunt uel corporibus, uel bonis externis: libri nefarij multo maiori diligētia propulsentur ab Ecclesia Dei.

Nec modò qui suppresso nomine autorum, aut ab homuncionibus infimæ sortis eduntur, ijs legibus æquissimis & saluberrimis subiaceant: sed etiam dedicati ecclesiæ Romanæ columnis & proceribus, sed ab ipsis probati, sed breuibus apostolicis cōmendati, sed scripti ab ecclesiæ istius & sanctæ matris alūnis, doctoribus, ducibus, oculis, manibus, auribus, candelabris, lucernis, columnis, propugnaculis, capitibus, hæreticorum deniq; inquisitoribus & malleis. Porrò quia nullus liber tam malus est, quin aliqua parte prosit,

profit, ut sapientissimis uiris placuit: lí-  
 bros autem qui publicantur, cōuenie-  
 bat esse magistros sapientiæ & uirtu-  
 tis, ac thesauros: non æquum uidetur,  
 ut sine discrimine, sine delectu eandē  
 pœnam uniuersi luan t. Sed libri qui  
 plus habent malí quàm boni, aut pror-  
 sus inutiles, superuacuí, aut etiam no-  
 xi & pestilentes iudicātur, uincti mit-  
 tantur Vticam & llerdam, & Olisipo-  
 nem, uel etiam ad Callicutiū usq̃, &  
 ulteriora emporia Indiæ relegentur,  
 ac fiant inuolucra mercium. Alij retru-  
 dantur in tenebras, quos legant erudi-  
 tiores & perfectiores homines: aut cū  
 tineis & blattis luctentur. Alij proij-  
 ciantur in sterquilinía, destinati usi-  
 bus secretioribus: quos hic eloqui, ni-  
 hil est necessarium, et uetat publica ho-  
 nestas. Alij deniq̃, si tam sunt impij,  
 sacrilegi, nefandi, si merētur hoc, flam-  
 mis uindicibus tradantur.

Cæterum quàm iustē petat concili-  
 um Tridentinum, ut ordinarijs iudi-  
 cibus Papisticis officinarum typogra-  
 phicarum

phicarum custodia & censura cōmittatur, & quàm tutò, quàm rectè istis hominibus credatur librorum publicatio, maxime de rebus sacris, uel carmina nuper edita sermone uulgari, lingua Italica, in ipsa Italia, in qua flagrant per istos censores egregios libri docti, eruditi, sancti, p̄i, salutare, Christum sapientes & redolentes, hoc est, istis hominibus odorem pessimum et exitialem, ob uitiata cerebra ipsorum, satis testantur. Sed quæ nam dicis carmina? Qualia, quæ quondam Fauni uatesq; canebant. Camœnæ dulcissimæ sunt, uersiculi sunt plusquam Tibulliani & Catulliani, bene tornati, nitiduli, uenustuli, molliculi, ita ut nil supra. Sed quod in illis textitur argumentum? Nam aut prodesse uolunt, aut delectare poetæ, aut utrunq; simul. Et is

*Omne tulit punctum, qui miscuit utile dulci.*  
 Non detestantur aliquod flagitium,  
 neq; laudant & commendant uirtutes,  
 ut Talthibius, & illi uates, quos  
 Pau-

Paulus etiam prophetas & theologos uocat gentilium, quondam canebant: ut & David, & diuini nostri hymnographi cecinerunt. Non etiam ueteres illos amores celebrant, puta Helenam, aut Mineruam, aut Dianam, aut Iunonem, aut Vraniam, aut alium quempiam diuum, uel Ethnicum, uel Christianum: ut est

*Orphei Calliopeia, Lino formosus Apollo:*  
 sed notum argumentum generis Sotadici, & Priapei carminis omnino est. Euehit enim usque ad cœlum laudibus, Venerem, non illam Cypriam & Paphiam, sed Amorrhœam et Penapolitanam: quæ olim temporibus Abrahami & Melchisedec, quum clamaret in cœlum, & fœtore omnes cœlites offenderet, Iupiter eam optimus maximus, fulmine & sacris flammis præcipitauit in mare mortuum, in Pyriphlegethontē, in stagnū ardēs sulphure & igne, in quo iacet Sodomā & Gomorrhā: in quod iudex uiuorū et mortuorū Christus dominus,  
 ultimo



ultimo suo iudicio præcipitabit etiam  
illam bestiam & pseudoprophetas & ca-  
nes impudicos, ueneficos, homicidas,  
idolorum cultores, & quotquot faciunt  
& amant mendacium: ut cum diabo-  
lo suo patre ac principe sempiternis  
supplicijs uiui mortuicq; macerentur.

Quis autem est autor sacri carmi-  
nis? quis scripsit, excudit, publicauit,  
distraxit? Nullus certe Lutheranus,  
aut Zuinglianus, nullus simplex &  
non Papisticus Christianus. Sed quia  
non uoluit autor latere, ac se credit pal-  
marium quiddam designasse, & dignum  
etiam se esse galero, Cardinalicio, inscri-  
bam folijs, Casa magister erat. Non il-  
le Ioannes de domo Aharonis & Le-  
ui, neq; de familia & domo illa san-  
ctissima Dei uiui, quæ est Ecclesia san-  
ctorum communio, cum sanctissimo san-  
ctorum Christo: sed quispiam de gre-  
ge Epicuri, aut secta Cynica, aut fami-  
lia Caina & Nicolaitarum, qui & Bor-  
boritæ & Gnostici ob scientiam pro-  
fundissimam appellari solent à ueteri-  
bus,

bus, qui dicta facta<sup>q</sup> memorant here-  
 tiorum. Nam ex illorū fece, aut e cœ-  
 no & fundo ipso lacus Tartarei nō ex  
 purissimis fontibus Ebraicis, aut Græ-  
 cis, aut bene Latinis eloquij sacri, non  
 etiam ex fonte Pegaseo Castalidū car-  
 men istud feralē haustum esse, res ipsa  
 clamat. Quod lingua uernacula & cō-  
 muni, uiris & fœminis, senibus & pue-  
 ris scripsit, imprimi uoluit, publicari  
 uoluit, hominum manibus uersari uo-  
 luit, Ecclesiæ Rom. sanctæ illius ma-  
 tris filius obediens, alumnus charissi-  
 mus, sacerdos, episcopus, Decanus  
 Pontificiæ camerae, legatus à latere, cō-  
 missarius in rebus Ecclesiæ, fidei, reli-  
 gionis, inquisitor & uindex hærese-  
 on, & reformator (si dijs placet) Eccle-  
 siæ primarius. Vbi nūc sunt ordinarij  
 illi iudices librorū? ubi cœsura? ubi ex-  
 communicationis & mulctæ exactio?  
 Cur stertunt? cur ibi cōniuent. Nēpe:

*Dat ueniam coruis, uexat censura columbas.*

Et Ecclesia Romana non potest erra-  
 re: quippe ædificata super firmam pe-  
 f tram;

tram: ut portæ inferorum non præua-  
 leant aduersus eam. Quem poetastrū  
 si non Ecclesiæ tempora difficillima,  
 non professio religionis, non proph-  
 natio nominis Christiani, non præce-  
 pta & obtestationes diuinæ, ut quod  
 Paulus dicit, cauendos esse prauos ser-  
 mones, quoniam corrumpunt bonos  
 mores: quod Christus intonat, Væ ho-  
 mini per quem ueniunt scādala: quod  
 Moses diris deuouet, ac maledictum  
 proclamat omnem, qui cæcum in uia  
 errare facit: Si hæc omnia inquā, illum  
 arreptitium uatem non reuocabant à  
 furore Satanico, non poetico, saltem  
 obtemperasset legibus poetarum: quo-  
 rum unus præcipit grauissimè,

*Nil dictu foedum, uisusq; hæc limina tangat,  
 Intra quæ puer est.*

Et talia carmina in uulgus spargi per  
 sacerdotes, in hac hominū propensio-  
 ne ad omnia peccata, fas est: Saltē de-  
 terruisset eū Antichristi nota insignis,  
 quā ei Daniel propheta sanctissimus  
 inussit cauterio sempiternæ ueritatis.

Dicit

Dicit enim ii. capite, ut Ebraicâ ueritas habet, utq; LXX. & Theodotion & Aquila Græcè reddiderunt: Nō reputabit Deum patrum suorum, neq; foeminarum concupiscentiã. Quid loquar de istis triualibus & triobolaribus ac diobolaribus libellis Papisticorum scriptorum? quorū ingens turba uagatur passim, & prostat uænalis: in quibus multa sunt inepta, insulsa, ridicula, uana, noxia, perniciofa: Illa ipsa medijsfidijs grãdia uolumina, uel potius thesauri sapientiæ & iuris pontificij, decretales cõstitutiones, extrauagantes, sextales, Clementinæ, Gregorianæ, decreta deniq; pontificum Romanorum & Conciliorum, manifestas & minimè ferendas blasphemias continent, dogmata falsa & impia continent, superstitiosos cultus præscribunt, legibus iniquis onerant, opprimunt, lædunt, conficiunt misellum populū, qui sub Christi suauissimo iugo uiueret omnino feliciter. Itaq; decretū Tridentinæ Synodi, hac etiã in



parte non modò ampliorem postulat  
cognitionem, sed etiã maturam cor-  
rectionem.

Est autem quadripartitum hoc de-  
cretum, nō modò in dex, quorsum ten-  
dat Concilium Tridentinum, aut quo-  
modo uelit procedere ad extirpandas  
hæreses, ad restituendam disciplinam  
ecclesiasticam, & morum reformatio-  
nem, ad externæ pacis & ciuilis tran-  
quillitatis reparationem: sed etiã regu-  
la est Concilij istius, quæ manuducit,  
& basis atq; fundamentum consiliorū  
omnium & actionum Synodaliū. Ac  
si quis amplius totū consideret, peniti-  
usq; introspiciat, fulcrū est, basis est,  
fundamentum est, columen est, tectū,  
munimētum, propugnaculum, petra  
deniq; illa est, in qua fundatus est Pa-  
patus. Nam traditiones Ecclesiæ Ro-  
manæ, ceu per apostolos à Christo &  
Spiritu sancto acceptas, æquat irrefra-  
gabili testimonio diuinæ scripturæ:  
Latinam ueterem translationem, quæ  
tot mendis scatet, solam uult authenti-  
cam

cam esse, in toto negotio fidei & religionis: scripturæ tractationem arbitrio & nutui subijcit Ecclesiæ & Pape Romani: publicationem sacrorum librorum, & quicumq; de rebus diuinis loquuntur, uendicat & adstringit Papisticis iudicibus & cēsoribus. Hęc igitur quadrata moles pulchrè sustinet maioritatem & principalitatē Romani Papæ, & Ecclesiæ Rom. quæ superat omnes magistratus ciuiles, ordinatos à Deo ad salutē generis humani: superat leges omnes, & instituta et iudicia hominum, etiam cōciliorum, & totius Ecclesiæ decreta, quæ capiti sanctissimo et beatissimo non arridēt: superat etiam scripturas sanctas, & ipsos apostolos, prophetas, patriarchas, deniq; diuos et diuas omnes. Siquidē Papa est uicarius Christi & Dei legitimus, habetq; omnem potestatem in celo & in terra, quam ipse Christus habuit, cum in terris hisce uersaretur: ut donatio Cōstantini, & alia scripta Papistica passim crepant. Hęc mo-

les sustinet illam potestatem meram, mixtam plenam, supremam, immensam, infinitam: sustinet Pontificatum summum & catholicum, regnum, doctrinam, religionem, Ecclesiam & curiam Romanam.

Sed quia non ædificant isti homines super firmam petram, quã nomine apostolorum & omnium orthodoxorum Petrus est cõfessus, quod fundamentum est prophetarum, & apostolorum, & Ecclesiæ catholicæ, licet apostolici isti præsidentes initio Concilij magnificè pollicentur, se Christo unice niti: ruinosum & caducariũ est fundamentum istius Concilij, & proinde inanis est tota eorum molitio aduersus sciẽtiã Dei. Quã facile enim, quã repente concidit magnificum illud & amplissimum ædificiũ, quod turrim Babylonicam & urbem referebat, sed ex fumis & nebulis conflatur. Euersum est, cribratum, euentilatũ, dispersum, dissipatum est, euanuit in auras, non meis uiribus, sed afflatu Christi,

sti, quem infimus in Ecclesia Christi  
 feruulus calamo expressi, leuiter dun-  
 taxat agitatis follibus & flabris diuini  
 tus inspiratæ scripturæ, & patrum Ec-  
 clesiasticorum & Christianorum prin-  
 cipum, qui pulcherrimè cum princi-  
 pe Christo Iesu conspirant. Et quid a-  
 getis ô patres conscripti? quibus ratio-  
 nibus, consilijs, technis, machinis, resi-  
 stetis uiris donatis uberiori spiritu,  
 quibus iuxta suum promissum, Domi-  
 nus dedit os atq; sapientiam, cui ad-  
 uersarij omnes resistere nequeunt?  
 Quò uertetis uos, quum Deus exer-  
 cituū per Ezechielem aliquē uos ag-  
 gredietur? Væ prophetis insipienti-  
 bus, qui sequuntur spiritum suum, &  
 nihil uident. Vident uana, & diuināt  
 mendacium, dicentes: Ait Dominus,  
 cum Dominus nō miserit eos, & per-  
 seuerauerunt confirmare sermonem.  
 Nunquid non uisionem cassam uidi-  
 stis, & diuinationem mendacē locuti  
 estis? Et dicitis, ait Dominus, cum ego  
 non sim locutus, Propterea hæc dicit



Dominus Deus: quia locuti estis uana, & uidistis mendacium, ideo ecce ego ad uos, ait dominus Deus: & erit manus mea super prophetas, qui uident uana, & diuinant mendacium. In Concilio populi mei non erunt, & in scriptura domus Israel non scribentur, nec in terram Israel ingredietur. Et scietis quia ego dominus Deus: eo quod deceperint populum meum dicentes, Pax, pax, & non est pax. Et ipse edificabat parietem: illi autem linebant cum luto absque paleis. Propterea hec dicit dominus Deus: Et erumpere faciam spiritum tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit, & lapides grandes in ira, in consumptione. Et destruam parietem, quem linebatis absque temperamento, & adaequabo eum terrae: & reuelabitur fundamentum eius, & cadet, & consumentur in medio eius. Et scietis, quia ego sum Dominus. Conceditur quidem iusto iudicio Dei, ut ueritas oppugnetur ad tempus, sed nunquam expugnabitur.

pugnabitur. Proficiunt quidem mali homines & seductores, errantes, & in errorem mittentes, sicut Iannes & Iambres in Aegypto Mosi restiterunt: sed insipientia illorum manifesta fit tandem omnibus, sicut etiam illorum. Licet Christo contradicere, doctrinam apostolorum & prophetarum repudiare, quæ catholicæ Ecclesiæ sempiterna doctrina est: ut Core, Dathan, Abiron & On seditiosè repugnarunt Aharoni & Mosi. Vincet tamen inuictissimus Rex regum, ac Dominus dominantium. Et uincet, modò legitime certent, qui cum eo sunt uocati, sancti, et electi. Nam seculis omnibus ab origine mundi Satan bellicum cecinit, & bella mouit contra Ecclesiam Christi, contra doctrinam & religionem Christi: ut etiam non rarò potentissimi in mūdo principes, doctissimi, eloquentissimi, ingeniosissimi uiri, adde etiā in speciē religiosissimi pugauerint aduersus Christianā institutionem, quā in libris sacris, prophetarū et

f 5      aposto.

90  
apostolorum, plenē, copiosē, purissimē,  
luculēter, & fide certissima Deus  
ipse nobis tradidit. Et pugnaverunt il-  
li quidē animis deuotis, ingenio, elo-  
quentia, dolis, pecunijs & largitioni-  
bus, minis, promissis, armis, cæde, sæ-  
uitia & immanitate. Ac non semel eò-  
rē adduxerūt, ut sibi uiderent potiri re-  
rum, & debellasse penitus istā gentē  
Christi, & religionē Christi, & doctri-  
nā Christi: ut factū est tēporib. Iuliani  
apostatae, Diocletiani, Antiochi, Na-  
buchodonosoris et Olophernis, & Se-  
nacherib. Oēs tamen uicti tandē sen-  
serūt, q̄ sit difficile, quā periculosum,  
q̄ foedum, quā exitiosum *θεομαχεῖν*  
& bellū gerere cum domino Deo no-  
stro. Exclamat igitur Iulianus infelix,  
Vicisti Galilæe, uicisti. Nero pugione  
suo se iugulās, &, Hęc est fides, procla-  
mat. Hęc uidelicet erat ultio diuina,  
ob fidē Christianā, quā turpissima bel-  
lua persequi & extirpare occeperat.

Cæterum quia nouissimi temporis  
sub aduentum gloriosum Christi do-  
mini

mini Dei ac Seruatoris nostri, certamina infidelium aduersus Christi gregem pusillum, et ipsum adeò principē nostrum I E S U M, Esras sacerdos, et propheta, & legum diuinarum optimus interpres describit, monent atq; hortantur hæc durissima tempora, ut non oscitanter ea inspiciamus. Quum enim sanctissimus uir anxie desideraret restitutionem Israelis in Babyloñica seruitute, sicut etiam Daniel, obnixè Deum orat, & colloquitur cū Deo super eo negotio quædam rectissimè, quædam perperã, & castigatur à Domino, atq; eruditur per angelū sanctū. Discit aut, non modò Israeliticum populū esse liberandū, ut redeat in patriã Iudeam, ac templū & urbē et cultū reparet; sed etiã Messia nō longo pōst tēpore, quē filiū suū Deus dicit, et Iesum nominat, exhibendū esse, qui regnum Israelis plenius restituat: plenissimè autē in secūdo aduētū, cū uenerit iudicaturus uiuos & mortuos, quando sempiternam, cœlestē, ac planè diuinam  
 beati.



beatitudinem suis fidis cultoribus donaturus sit. Cæterùm ultimis temporibus mundi, monarchiam quã Daniel etiam uídit, nimirum quartã & Romanam, in qua Christus Iesus nascetur, esse destruẽdam: & illos Israelitas, qui temporibus Cyri et posterioribus in orientali parte mundi resederunt, cõmouendos, & eorum maximã partem ad Messiaẽ Iesu religionem esse cõcessuram. Tum autẽ fore ingentiã bella contra Iesum Dei filium, qui tamen stans super Zion in Ecclesia sua, quæ est columna & sedes ueritatis, pugnãdo spiritalibus ac diuinis tum artibus tũ armis, hostes uniuersos ad unũ profligat. Namq; libro quarto, cap. 7.

*Areditu ex* ras: Reuelabitur filius meus Iesus cum  
*Babylone* his qui cum eo sunt, & iocundabun-  
*ad Chriftũ,* tur qui relictĩ sunt in annis quadrin-  
*sunt anni* gentis. Et erit post annos hos, & mo-  
*DLX. Ita-* rietur filius meus Christus, & omnes  
*que per an-* qui spiramentum habent homines. Et  
 conuer-

conuertetur seculum in antiquum si- nos CLX.  
 lentium diebus septem, sicut in priori non statim  
 bus iudicijs, ita ut nemo derelinquat. exhibito  
 Et erit post dies septem, & excitabi- Messia, illi  
 tur, quod nondum uigilat, seculum, & qui reman-  
 morietur corruptum. Et terra reddet, serūt in Per-  
 quæ in ea dormiūt, & puluis qui in eo sia et Baby-  
 silentio habitant. Et promptuaria red lonia, sibi  
 dent, quæ eis cōmendatę sunt animę. gratulan-  
 Et reuelabitur altissimus super sedem tur, quòd  
 iudicij: & pertrāsibunt miserā, & lon redierint  
 ganimitas congregabitur. Iudiciū aut cū suis fra-  
 solum remanebit: ueritas stabit: & si- tribus, etc.  
 des conualescet: & opus subsequetur:  
 & merces ostendetur: & iustitię uigi-  
 labunt, & iniustitię non dominabun-  
 tur. Postea capite 11. & 12. occasum ua-  
 ticinā monarchiæ Romanæ. In qua  
 parte quo' usq; sit progressum, hodie-  
 nus dies indicat: neq; est huius tempo-  
 ris & loci, historiā cum uaticinio cō-  
 ponere. Porro cap. 13. ita scribit de pre-  
 lijs Domini exercituum, nullo nego-  
 tio perdētis innumeras phalanges ho-  
 stium, qui Christi regnum & pontifi-  
 catum

ratū excindere sedulo machinantur.  
 Ecce de mari uetus exurgebat, ut con-  
 turbaret omnes fluctus eius. Et uidi,  
 & ecce cōualescebat ille homo cū nu-  
 bibus cœli. Et ubi suū uultū uertebat,  
 ut consideraret, tremebāt omnia quæ  
 sub eo uidebantur. Et ubi cūq; exibat  
 uox de ore eius, ardescebāt oēs, qui au-  
 diebāt uoces eius: sicut quiescit terra,  
 quādo senserit ignē. Et uidi post hæc,  
 et ecce cōgregabatur multitudo homi-  
 num, quorū nō erat numerus, de qua-  
 tuor uentis cœli, ut debellarent homi-  
 nem, qui ascēderat de mari. Et uidi, &  
 ecce sibi metipsi sculpserat montē ma-  
 gnum, et uolauit super eum. Ego autē  
 quæsiui uidereregiōnem, uel locum,  
 unde sculptus esset mons, & non po-  
 tui. Et post hæc uidi, & ecce omnes  
 qui congregati sunt ad eum, ut expu-  
 gnarēt eū, timebant ualde, tamē aude-  
 bant pugnare. Et ecce, ut uidit impetū  
 multitudinis uenientis, non leuauit  
 manum suam: neque frameam tene-  
 bat, neq; aliquod uas bellicosum: nisi  
 solum.

Hoc est fun-  
 damentum  
 Christiani-  
 smi immo-  
 tū, ueritas  
 nimirū æ-  
 terna. cuius  
 columen et  
 sedimētum  
 est Ecclesia  
 catholica.

solummodo, ut uidi, quoniam emisit  
 de ore suo sicut flatum ignis, & de la-  
 bijs eius spiritus flammæ, & de lingua  
 eius semittebat scintillas, & tempesta-  
 tes; & commixta sunt omnia simul,  
 hic flatus ignis, & spiritus flammæ, &  
 multitudo tempestatis. Et concidit su-  
 per multitudinem in impetu, quæ præ-  
 parata erat pugnare, & succendit om-  
 nes, ut subito nihil uideretur de innu-  
 merabili multitudine, nisi solummo-  
 do puluis & fumi odor. Et uidi, & ex-  
 timui. Deinde uidet Israelitas decem  
 tribuum, quos in montibus Caspijs cõ-  
 clusos Iudæi, homines ad omnia pro-  
 pemodum inepti, etiamnum putant  
 conuertendos ad Christum. Inter-  
 pretatio autem superioris uisi talis est.  
 Ecce dies ueniunt, quando incipiet  
 altissimus liberare eos, qui super ter-  
 ram sunt, & ueniet in excessu men-  
 tis super eos, qui inhabitant terram.  
 Et alij alios cogitabunt debellare, ci-  
 uitas ciuitatem, & locus locum, & gens  
 aduersus gentem, & regnum aduersus  
 regnum.



regnum. Et erit, cum fient hæc, & con-  
 tingēt signa, quæ antè ostendi tibi. Et  
 tunc reuelabitur filius meus, quem ui-  
 disti ut uirū ascendentē. Et erit, quan-  
 do audierint omnes gētes uocē eius,  
 & derelinquet unusquisq; in regione  
 sua bellum surum, quod habent ad alte-  
 rutrum. Et colligetur in unum multi-  
 tudo innumerabilis, sicut uolentes ue-  
 nire, & expugnare eum. Ipse autē sta-  
 bit super cacumen montis Sion. Sion  
 autem ueniet, & ostendetur omnibus  
 parata & ædificata, sicut uidisti mon-  
 tem sculpi sine manibus. Ipse autem fi-  
 lius meus arguet, quæ adinuenerunt  
 gentes, impietates eorū has, quæ tem-  
 pestati appropinquauerunt, propter  
 mala cogitamenta eorum, & crucia-  
 menta, quibus incipient cruciari: quæ  
 assimilata sunt flammæ. & perdet eos  
 sine labore, per legem, quæ igni assimi-  
 lata est. Hæc diuinus Esras, filius sum-  
 mi pontificis, uelox scriba in lege Dei  
 cœlorum, qui cor suum præparauit, ut  
 inquireret legem Domini, & faceret,  
 & do

& doceret in Israel præceptum & iudicium, uaticinatus est libro quarto, de pugna infidelium aduersus Messiam Iesum Nazarenum, & de uictorijs inclytis domini ac Dei nostri. Actualde miror, quum Latinus duntaxat extet, nullam eius fieri mentionem inter canonicos libros à Tridentina Synodo. Idem Esras exemplum pulcherrimum nobis prætulit sacras literas interpretandi uiua ( quod aiunt ) uoce, cap. 8. Nehemiæ, & in Malachia: itēq; scriptis, ut & libri quarti cap. 14. Memorat enim intra dies quadraginta, libros CCXL. à se scriptos esse. Quorum septuaginta contineant uerum intellectus & sapientiæ fontem, & flumen scientiæ, accommodati sapientibus: reliqui autem etiam uulgo Ecclesiæ ueteris. Vnde magistri Ebræorum non pauca transfulerunt in suos libros: neque puidit diuum Hieronymum ab eis discere. Verum quis mente sana præditus, credat figmentum Iudaicum; beato Mosi à Deo le-

gem traditam diuersimodè, ut alia uulgo publicaret scriptis, alia secretius traderet senioribus: quæ ueluti per manus tradita prophetarum, tandem ad Esram peruenerint, inde ad Cōcilium generale istis temporibus celebratū, ac postea libro Mischne, siue *משנה* & traditionis secundariæ, nec nō libris Thalmudicis & Cabalisticis cōmendata sint, æquè tenēda, ac lex uniuerso populo promulgata ore diuino in monte Sinai. Quale commentum est magistrorum nostrorum, qui traditiones à Christo & Spiritu sancto, præter illa quæ sacrosancto instrumento cōtinent, apostolis solis reuelatas, & primorib. Ecclesiæ per manus traditas, donec in uolumina ista iuris canonici redactæ sunt, magnificè nugant̃.

Habes frater charissime, quam nuperrimis literis à me petijsti, uel defensionem Ecclesiarum nostrarum, doctrinæ nostræ, fidei & religionis nostræ, aduersum præiudicia Papistica, & pœnales actiones, ante Cōcilij Tridentini

dentini sententiam definitiuā: uel cō-  
 solationem atq; confirmationem fra-  
 trum afflictorum: uel admonitionem  
 aduersariorum, & exhortationem ad  
 resipiscētiā. Ac obnixē peto cœ-  
 lestem patrem Domini nostri I E S U  
 Christi, ut sua gratia & uirtute hunc  
 sermonē efficacem reddat. Nō oro ta-  
 men pro ijs qui peccāt in Spiritū san-  
 ctū, & pertinaciter obistūt clarissimæ  
 & agnitæ ueritatī: pro quibus non est  
 orandū, & sunt incurabiles. Sed dies  
 noctesq; orandum esse intelligo in  
 Ecclesijs Christi, pro Iudæis, Turcis,  
 & Christi nomen gerentibus sine re:  
 qui zelum Dei habent, sed non secun-  
 dum scientiam: putantq; suam profes-  
 sionem, diuinitus traditam esse institu-  
 tionem: quod uni competit Christia-  
 nismo, in quo solo contingit homini-  
 bus propter I E S U Christi unici me-  
 diatoris ac seruatoris mortem atq; me-  
 ritum, condonatio peccatorum, & iu-  
 stitia, & uita æterna, ex mera gratia  
 Dei per fidem, Illis dignetur pater lu-  
 g     &     minum,



minum, pater omnis miserationis, qui  
 uult omnes saluos fieri, & ad cognitio-  
 nem ueritatis peruenire: qui sic dile-  
 xit mundum, ut pro illo seruando fili-  
 um unigenitū etiam tradiderit in mor-  
 tem crucis acerbissimā simul & igno-  
 miniosissimam, dare oculos ad uiden-  
 dum, aures ad audiendum, mentem sa-  
 nam ad intelligendum, quæ sit ipsius  
*Veritas* & bona uoluntas. Eis donet  
 cor imbutum sui timore atq; notitia,  
 ut desinant contemnere, odisse, perse-  
 qui doctrinam salutarem, quam libris  
 & sermone offerimus: quæ nostra nō  
 est, sed hausta & propinata ex purissi-  
 mis & uberrimis fontibus diuinæ sa-  
 pientiae, ex libris apostolorum & pro-  
 phetarum, & Ecclesiae doctorum, qui  
 à supremis illis Ecclesiae catholice ma-  
 gistris, imò ab unico magistro nostro  
 I E S U Christo, qui in coelis est, didice-  
 runt. Ac proinde orthodoxa, catho-  
 lica, salutaris est doctrina, Petri, &  
 omnium apostolorum, Ecclesiae ca-  
 tholicæ, Christi deniq; & patris coele-  
 stis:

stis: qui uerbum suum misit, & sanare  
 semper cupit homines. Resipiscant,  
 conuertantur nobiscum ex animo, &  
 recte colant dominum Deum & ser-  
 uatorem Iesum Christum, qui suauissi-  
 mo iugo premit suos seruos, optima  
 pascua suis ouiculis suppeditat, uia re-  
 ctissima & tuta sectatores suos in bea-  
 titudinem æternam deducit. Hostes  
 autem suos regit in uirga ferrea, & tan-  
 quam uas figuli conterit eos: ut pere-  
 ant in suis sectis & uis, & erroribus,  
 qui Christum ducem sequi recusant.  
 Ceterum qui bonum Dei uerbum gu-  
 starunt, & cognouerunt, gratos se pre-  
 beant Deo seruatori, pro dono incom-  
 parabili, & perseuerent in agnita ueri-  
 tate. Nam qui perseuerat in finem, is  
 saluus erit: & in patientia uestra, in-  
 quit Dominus, possidebitis animas  
 uestras. Nec modò sibi retineant no-  
 titiam Christi, sed eã quoq; alijs, quan-  
 tum possunt, explicent, edisserant, tue-  
 ant aduersum sophistas, & sycophan-  
 tas, & hæreticos, & impios Gigantes:

asserant, uindicent, cum Christo manus moueant. Qui quum solus uicerit mundū, dignatur tamen sibi adiungere in salutis negotio pulcherrimo *συ-  
ueργοῡς* & cooperarios homines, eosque præmijs amplissimis honorat: ut in resurrectione, doctores ueritatis splendeant ueluti stellæ: & qui alios ad iustitiam instituerunt, hortati sunt, impulerunt, ueluti firmamentum, & cum ipso filio Dei hæreditatem diuinæ possideant felicitatis in cœlestibus tabernaculis.

Equidem ut Christi felicissimis partibus non desim, per ipsius gratiam & bonitatem, studeo exhortari omnes ad perficiendam catholicam & compendiosam diuinæ scripturæ expositionem. Quæ ut uerba & res uniuersas ordine apto comprehendat, ita ut nihil desit, nihil supersit, & singula methodo ac certa ratione explicentur, in partes XII. aptissimè distribui posse mihi uidetur. Quarum tres cōtinebūt emendationem sacrorum codicum,  
Ebræo.

Ebraeorum, Græcorum, Latinorum  
 veteris illius translationis, quod fun-  
 damētum Theologiæ sinceræ iudico.  
 Tres partes rursus exhibebūt dictio-  
 narios, & indices rerum atq; uerborū  
 Ebraicorum, Græcorum, & Latino-  
 rum: qui ut institui debeant, specimen  
 exhibere uolui in Lexico pariter et in-  
 dice parato ad historiam Euangelicā  
 beati Marci. Pono enim thema Græ-  
 cum, idēq; ostendo plerunq; non ē  
 Græca lingua, sed Ebræa, uel Syriaca  
 originem ducere. Themati autē sub-  
 iicio uoces deriuatiuas, & composi-  
 tas, & locutiones: eisq; Latini uete-  
 ris interpretis adiungo uerba sæpe di-  
 uersissima, interdum & recentiorū in-  
 terpretum uerba, & translationē Aë-  
 thiopicam. Neq; pauca loca emenda-  
 ui, & restitui suæ pristinæ integritati.  
 Porro quatuor partes explicabunt  
 res in primis cognitu necessarias ei,  
 qui uelit magno cum fructu in sacris li-  
 teris uersari: topographiam, chrono-  
 logiam, anthropologiam, mathesin  
 g 4 theo.



theologicam, siue numeros, ponderā  
 & mensuras diuinæ scripturæ. Duæ  
 postremæ partes operi colophonem  
 addunt. Nam altera exhibet organū  
 theologicum ex uerbis Ebraicis, Gre  
 cis, Latinis, & rebus simul: nec non ex  
 doctrina Grammaticorum, Dialecti  
 corum, Rhetorum, & prima philoso  
 phia compositum: ut exhibeat artifi  
 ciosam indaginem, censuram, & ex  
 plicationem rerum Theologicarum.

Ultima pars continebit uniuersum  
 Christianismum, certa metho  
 do descriptum: nec non sectas omnes  
 compēdiōse descriptas, Ethnicorum,  
 Iudæorum, Machumedis, Antichri  
 sti: ut ob oculos sit expositū, quid sin  
 gulæ habeant commune cum Chri  
 stianismo, uel potius quid deriuarint  
 ex nostris sacrorum librorū fontibus,  
 quidq; cōtrarium, quid peculiare, aut  
 commune cum alijs sectis & philoso  
 phijs habeant. Quo loco describēdus  
 etiam erit Papismus, & nouitius ille  
 atq; mirificē interpolatus Christianis  
 mus,

mus: in quo etiamnum egregij illi du-  
ces caecorum, & lumina in tenebris er-  
rantium architectantur, ac mutant qua-  
drata rotundis, coelumque miscent ter-  
rae, proinde ut lubet, utque illis pro  
tempore commodum  
uidetur.

F I N I S.

g 5

LOCORVM IN HOC LIBELLO  
 præcipuè memorabilium  
 Index.

Adiaphora quomodo seruanda	30
Aethiopici & Indiani S. Scripturæ libri	40
Albertus Imperator	65
D. Ambrosij de adiaphoris & cæremonijs sententia	30
Antichristi nota	82
Antiochus rex Syriæ præcursor & typus Antichristi	72
de Apocryphis sententia D. Augustini	32
Apostoli discipuli ueritatis. extra omne mendaciũ sunt	17
Ariani	73
Augustini sententia de traditionibus	27
Belis fabula	9
Bibliorum uetus translatio Latina multis locis uitiōsa	47
Bonifacius VIII Papa, eximius uindex principatitatis & ecclesiæ Romanæ, & Pontificis Rom.	60
Borboritæ	80
Canonici libri	3. & 4
Christi duplex aduentus	92
Christianæ doctrinæ & religionis uindicatio ad omnes sanctos pertinet	74
Christianismi fundamentum immotum	94
Clementis	

I N D E X.

Clementis V. Papæ decretum	51
Constantini Imp. de S. scripturarū autoritate, sententia	32
Damasi Papæ Ro. de ueteri Latina translatione iudicium	35. inde
Δευτέρωσις	71
de Ebraicis & Græcis libris Iustiniani constitutio	50
de Ecclesiæ Dei authentica doctrina	7
Ecclesiastici liber ab ecclesia receptus	20
Ephesina Ecclesia à Paulo fundata	16
ἐπιλυσις ἐπίλυσις	38
Esræ locus & prophetia de nouiss. temporibus explicatur	91. 95
de Expositione sanctæ scripturæ regula memorabilis	. 53. & 54
Fidei regula	21
Gnostici	80
Hereticorum libri quare exusti	72
Hieronymi de ueteri Latina Bibliorū translatione iudicium	36. 37. inde
Hieronymum non esse interpretem latinum noui testamenti	32
Hostes religionis ueræ quomodo puniti	90
D. Iacobi Apostoli et fratris Domini, Proteuangelium	32
Ioachimus rex Iuda. Hieremiæ libros cōbussit.	72
Ireneus	



I N D E X.

<i>Irenæus Polycarpum Ioannis Euangelistæ discipulum uidit</i>	11
<i>Irenæi sententia de traditionibus</i>	12
<i>Iustiniani de linguarum usu constitutio</i>	50
<i>Latina translatio uetus cuiusmodi</i>	35.36
<i>Leonis X. Papæ de Bibliorum emendatione sententia</i>	39
<i>Libelli diabolares Papiſtarum</i>	83
<i>Libri quomodo examinandi &amp; publicandi</i>	67
<i>Libri nefarij quomodo ab Ecclesia propulsandi</i>	76
<i>Librorum censura non sine delectu facienda</i>	77
<i>Lingarum charismata non contemnenda</i>	42
<i>de Linguarum usu &amp; translationum uariarũ.</i>	47
<i>Linguas uarias esse discendas</i>	51
<i>Marcus discipulus &amp; interpres Petri</i>	13
<i>Marcum Græcè scripsisse Euangelium</i>	42
<i>Marci translatio Latina uetus multis locis uitiosa</i>	42. inde
<i>de Marci ultimo cap. sententia, quid sentiendũ.</i>	49
<i>Marsilius Patavinus</i>	65
<i>Matthæi Euāgelium primũ Ebraicè scriptũ.</i>	37
<i>Nestoriani damnantur à Constantino</i>	73
<i>Patrimonium &amp; hereditas Petri ad Rom. præsidem spectans</i>	18
<i>Pauli III. Papæ egregium factum</i>	40
<i>Petri doctrina iudex sit inter Papiſtas, &amp; simplices</i>	65

I N D E X.

ces Christianos	24.25
D. Petri locus explicatus	58
Philippus cognomento Pulcher, Francorū rex.	65
Philonis liber	3
Polycarpus Smyrnæ episcopus	16
Porphyriani	73
Prædicatores qui recipiendi	24
Presbyter Ioannes	40
Proteuangelium D. Iacobi	32
Priapeia carmina nupcr in Italia edita uernaculo sermone	78.79
Romanæ Ecclesiæ institutio antiqua, non moder- na	15
Romanæ ecclesiæ principalitas quibus nitatur.	85
Romanæ monarchiæ interitus prædictus	93
Samaritanorum libri Ebraici	49
Sapientiæ librum antiquitus recepit Ecclesia	10
Satan perpetuò bella mouit Ecclesiæ	89
Scire nihil, omnia est scire	23
Scripturæ S. legitima expositio	59
Scripturæ S. non in linguam tantum Latinam, sed in multas transfusæ	38
Scripturæ S. expositionis Papisticæ exemplum 60. inde	3
Scripturæ sacræ organum	3
Tertullianus uetustissimus Ecclesiæ scriptor.	19
Testamenti noui an Hieronymus sit interpres	38
Theodori	

I N D E X.

Theodori Bibliandri Lexicon & Index Marci ut tæ & Euangelio adiectus	41
Theodosij & Valentiniiani lex de hæreticorum li- bris	72. 73
Theophylacti commentarij in quatuor Euangeli- stas Romæ editi	40
Thomas Aquinas uir ingeniosus & multæ lectio- nis	18
Traditio extranea	14 & 15
Traditionis nomen quid	11
Traditiones uariarum ecclesiarum quomodo ser- uandæ	30
Traditiones ueteris ecclesiæ non contemnendæ.	32
Traditiones apostolicas intelligere Irenæum scri- pturas apostolicas & propheticas	17
Traditionum architecti & uindices taxantur.	20
de Traditionibus Ignatij episcopi Antiocheni sen- tentia	26
de Traditionibus ecclesiasticis quid sentiat Tertul- lianus	19 & 20
Translatio uetus quo in pretio habenda	34
Tridētini Concilij decretū de ueteri trāslatione.	6
de Tridentino Concilio quid sentiendum	84
Typographiæ laus	66
Venus Pfaphia	79
Vitæ introitus	18
Viennensis Concilij decretum	31

F I N I S.

E R R A T A.

Pag. 16. uers. 20. legend. una dictione, permanente  
33. 6. consilio 45. 13. prætereundum  
51. 2. sacrorum 81. 16. Ecclesiæ 92.  
in marg. Christi



A. 210 3734









